hac in parte ꝫm ei⁹ torculari ꝓpinquitatē ⁊ lō
ginquitatē caloris fortitudo ⁊ debilitas. Cuz
ergo simpliciū sint vinoꝝ hmōi habitudines
quas diximus actiones certe si adinuicē colla
ta cōponantur alia cū aliis eorum ꝫm compo
sitionis varietatem actionum fit diuersitas.
Nos itaqz de eoruz compositione breuibus
prosequemur a cuius medicuz abstinere no-
titia nō est. Dico ergo vinoruz omniuz lauda
bilius quodqz meliorem generat sanguinem
⁊ tēperatū calorēqz confortat naturalē rubeū
clarūqz temperatū liquore iocundioris odo-
ris inter vetus ⁊ nouū medians. Post qd sub
rubeum grossuz iocundum odore ampli⁹ eñ
nutrit ⁊ sanguinē generat. Rubeū aūt in quo
ponticitas est minus his duobus bonum. At
vero nigrū ⁊ grossuz ponticitatē habens dige
stionē tardat ⁊ a stomacho transmitti morat̄.
plurimū nutrit cū digestū est grossūqz gene-
rat sanguinē. Rubeū porro grossū malū est et
difficile digeritur tarde a stomacho mittitur.
Et eo peius hac in habitudine ⁊ ad digerēdū
difficili⁹ magis a stō inmorās descēsuz nigrū
grossum ac dulce est vinū. Uinū vero albuz et
minus nutrit ⁊ minus calefacit. Cui ēt adhuc
subest albū ⁊ tenue vinū. Quod etiā vrinā si-
mul prouocat ⁊ calidis cōpetit nec cephaleaz
mouet aut neruis nocet q̄ ⁊ cephaleā que ex
malis fit in stomachi ore coadunatis humo-
ribus sedat. Croceuz aūt vinuz subtile parui
est nutrimenti sed caloris magni. Et acuti⁹ oi
bus vinis croceū ē grossuz ⁊ fortioris caloris
qdqz ceteris veloci⁹ ad caput ascendit ⁊ cere-
bro ebrietatē afferēs difficilē magis āt si vet⁹
fuerit. His itaqz de cāis vini actiōes in corpi-
bus variātur ex ipsi⁹ vini nā. ¶ Diuersitates
porro actionū ei⁹ ex habitudinū corpis varie
tate aut ipsi⁹ est cā cōplexionis nālis aut cer-
te habitudinis extranaturalis. Nālis quidez
cā complexionis quoniā calide cōplexiōis q̄
sunt ⁊ quibus cholera dominatur rubea cro
ceū vinū ⁊ multū clarū quodq; ⁊ vetus ē mini
me illis ꝯuenit multas ⁊ eñ illis afferret lesio
nes vt febrē. cephaleā. corpis pcussiōes infla-
matiōes ebrietates graues q̄ difficile dissoluū
tur. hi ḡ si ad hmōi cogunt̄ potū plurimū illis
bibāt mixtū infundāt illi simile panē sex añq;
sumāt horis aut certe quatuor dehinc colent.
Uinū vero albū subtile nouū cōueniēs illis ⁊
nihil illis nocēs q̄n ⁊ vtilitates affert aquā ets
eñ mēbris eoꝝ perfert vnde ⁊ eoꝝ refrigerat
cōplexionē. Frigide aūt cōplexiōis hoibus et
quib⁹ flegma dñatur, croceū, rubeū, vetusq;

⁊ merū cōueniēs ē vinū in eoꝝ gn̄ans bonū
sanguinē corpib⁹: ↄtraq̄ vina subtilia alba ⁊
plimum mixta ac noua mime illis expediūt:
augēt ⁊em̄ hoꝝ humiditatē ⁊ ↄplonis frig⁹ in
intestinis vētositates ⁊ inflatiōes mouēt stōꝫ
debilitāt. Tēperatarū aūt corpa ↄplonū hoi-
bus rubei coloris ⁊ clari vinū iter vet⁹ ⁊ nouū
mediū: si mediocriter aq̄ tēpereꝛ vtile ē ⁊ ↄpe
tens in corpibus eoꝝ laudabilē gn̄at sangui-
nē: si moderata sumaꝛ quātitate. oīa lauda-
biles de q̄b⁹ iā dictū ē affert illis ↄmoditates.
Reliq̄ oia q̄cunq̄ sint vina mala illis existūt:
qm̄ q̄ iā diximus pari unt illis nocumēta sin-
gula sua. ❡ Cui ṽo corpus in hitudine est ex-
tra naturali siquidē in stō eius intestinisq̄ co
lere germināt aut ei⁹ calefacta est q̄uis de cā
cōplexio vel certe illi cephalea accit: aut eius
calīn ē epar: malū ē illi rubeū clarū: croceūq̄
⁊ vet⁹ vinū valde albū ecōtra subtile ⁊ aq̄sum
non nocet. Eodē q̄ꝫ mō se res hꝫ. Si q̄s hmōi
vinū in calīs sumat regiōibus ⁊ estate: ⁊ q̄ ma
gno fatigat⁹ ē labore cuiq̄ tristitia aliq̄ accit
lesione. ❡ Cui⁹ vero in stō ⁊ intestinis flegma
gn̄aꝛ: ⁊ vētositas aut epar illi friduꝫ ⁊ viscera
cōplone: aut in eis opilatio ē: vinū dulce ⁊ gs-
suꝫ ac nouū mime illi ↄuenit: sed ei⁹ auget no
cumēta nec digeriꝛ: nec a stō cito emittiꝛ maxi
meq̄ vinū dulce ⁊ grossuꝫ. San⁹ eteni stōus
illd nō digerit: nec a se nisi prius lōgū emittit
tēpus: quāto minus debilis ⁊ egrotās. At ru
beum clarum: croceūq̄ vetus vtile illi ē. ❡ Et
si cui⁹ nerui debiles sūt aut in aliq̄ patiunꝛ vi
nū illi oino malū. vio eteni ꝓpriū ē cerebro no
cere ⁊ neruis magis āt malū ad quē cephalea
festiat. cuiq̄ i cerebro morb⁹ ē. Testaꝛ h⁰ hy-
pocras i acutoꝝ libro morboꝝ loco q̄ dicit. vi
ni nocu^m capiti ḡue ē eo q̄ sb̄stolli ad illd acce
lerēt: cūq̄ ⁊ mali tollunꝛ hūores corpis i supio
ribus q̄ erāt: vn̄ ⁊ mēti nocet. Et iteꝝ hoc eo-
dē in libro. vinū lquit aq̄suꝫ nimiū mixtū stōm
humectat ⁊ debilitat: i quo ēt iflationē parit ⁊
vētositatē sue friditatis cā. Meꝝ āt qd ē gra-
uitatē facit in capite ⁊ siti saltū i tēporibus co
starūq̄ titillationes sui cā caloris: hec sunt q̄
hoieꝫ de vino ⁊ ṽtutib⁹ ei⁹ varietatesq̄ actio-
nū in vtilitate: ⁊ ↄtra in singulis corpib⁹ scire
oꝫ. Quare adhibēdū ē mētis acumē ⁊ oia dis
cernēda q̄ de singulis ei⁹ dicta sūt diuersitati-
b⁹ circa vtile ⁊ iutile: ↄferēdaq̄ hec illis: vt q̄d
q̄q̄ vini in quoq̄ corpoꝝ diuersitates operen
tur scdm̄ aug^m ⁊ dimiutiōeꝫ possis agnosce-
re. ❡ Reliq̄ q̄d i corpib⁹ faciāt vina iā dicendū
vr̄. Uue passe vinū simplex ṽtute mero proxi-
mū ē: nisi q̄ min⁹ calīn ē: qd āt hmōi cū melle
fit calīs est primo ⁊ siccius. Generat āt colerā
rubeam ⁊ corpus fortiter calefacit frigidisq̄
prodest cōplexionibus ⁊ flegmaticos haben-
tibus morbos: maximeq̄ qd fit cuꝫ pigmētis,
Mellis vinū simplex si fit ḡuiter corp⁹ calefa-
cit cephaleāq̄ pit ⁊ ebrietatē maiorē reliquo
rū oiꝫ ebrietate morbisq̄ꝫ ꝓdest flaticꝫ ⁊ hūi
ditatis māifestissima vtilitate. Dactiloꝝ vinū
grossi⁹ ē reliq̄s ei⁹ nutrimētū grossum qd q̄ꝫ ve
tus ē ⁊ min⁹ grossum corp⁹ optimo calefacit
calore nisi q̄ ei⁹ calefactio mior q̄ alioꝝ ē q̄
dicta sunt vina ⁊ nigrā gn̄at colerā. Merisa-
bi aūt vinū grossi⁹ ē dactiloꝝ vino ⁊ magis a
stō descēsum moraꝛ ⁊ min⁹ corp⁹ calefac: nā m
mollit opilationē in viscerib⁹ pit qd q̄ꝫ nouū
est ⁊ forti⁹ opilationē pit piterq̄ꝫ inflationē et
vētositatē: nisi q̄si digeraꝛ plimo nutrit cibo.
Opꝫ aūt bibēti vinū si vet⁹ ē aut croceū fortis-
q̄ꝫ caloris ipeq̄ꝫ iuuenis ⁊ calīs: trāsire ad gra
nata muza siliaq̄ꝫ poma lactucaꝝ ēt radices
⁊ gēmarē: sitq̄ꝫ ei⁹ añ q̄ bibat cib⁹ romāia he-
resenia sumachiaq̄ꝫ. Si sit aūt vinū grossum
trāseat ab illo ad apū radices ↄditi. Si vero
ad amaꝝ iclinaꝛ trāseat ab eo ad pistatioꝛuꝫ
⁊ amigdalarū medullas ⁊ his silia. Cui autē
accit ebrietas añ potū carnibia vtaꝛ. Focha
aūt pot⁹ ē nō iebriās ⁊ q̄dā ex ordeo: q̄daꝫ ex
pane fit heueri: q̄dā ēt cū ḡnatoꝝ aq̄. Et q̄ ex
ordeo fit subuertit: neruis nocet: iflat ⁊ corrū
pit stōm: nisi q̄ caloris mitigat acumia. Que
aūt cū pigmētis fit calefacit ⁊ subtiliat vtunꝛ
aūt ea q̄dā tanq̄ ebrietatē sedāti sꝫ saluntur.
Que aūt cū pane fit heueri in qua mēta pie-
cta ē min⁹ q̄ q̄ ex ordeo fit mala ē. ❡ Et q̄ cum
granatoꝝ fit aqua calorē extinguit sitiꝫ miti-
gat colericis bona est.

❡ Cap. xxxj. de medicinalib⁹ potib⁹ robis scil'.

Potus autem q̄ locū obtiet
medicaminū ali⁹ sq̄ngibi qd aut
cū zaccara fit aut cū melle. Et qd
cū melle tēperatā hꝫ ↄplonē i ca-
lido ⁊ frido. Qd aūt cū melle ⁊ semib⁹ ac radi
cib⁹ magis ad calꝫ declinat: āpliusq̄ꝫ fla inci
dit grossuꝫ ⁊ viscosuꝫ: vētositatēq̄ꝫ dissoluit.
Qd aut cū zaccara fit oib⁹ ē ↄpetēs hoib⁹ ⁊ in
omni etate omni anni tempore: ⁊ omni regio
ne. Aperit enim meatus ⁊ transitus: transmit
titq̄ꝫ que in eis sunt superfluitates: superflua
incidit grossa ⁊ viscosa: ac subtiliat emissionē
adiuuat sputorum a pectore ⁊ pulmone: vri-
nam prouocat coleram reprimit rubeam sua
acerbitate. Quoq̄ꝫ sine seminibus fit: magis
rubeam reprimit ⁊ magis refrigerat sitimq̄ꝫ
amplius sedat stomacum elimat ab humori
bus calidis omnibus est sanis conueniēs ma
xime calidis quoꝝ conseruat sanitatē. Infir-
mantibus q̄plurimis ꝓdest in morbis maxi-
meq̄ꝫ qui ex colera rubea cōpositi sunt ⁊ fleg
mate: excepta dissinteria ⁊ solutiōe: ac pecto-
ris aspitate ⁊ pulmōis: vlceribusq̄ꝫ eoꝝ dolo
ribus quoq̄ꝫ neruoꝝ illis em̄ nocet. Sq̄ngibi

aũt citonioꝝ q̃d cõposuit Galien⁹ in custodie sanitatis libro: hũiditates icidit in stõ: ⁊ ab eo emittit col̃az rubeã. ip̃z q̃ ea a citõijs iest ɔfortat põticitate: ⁊ in aceto icisione: d̃fectui appetit⁹ ciboꝝ ꝓdest ⁊ male digõni: epar cõfortat: opilationẽ q̃ in eo ẽ aperit: a infirmitate surgẽtibus ꝓdest: eo qꝫ eoꝝ roboret membra: appetituz augeat. ¶ Sçngibi hãsali corruptiõi ꝓdest cõpl̃onis hydropicis: epatis doloribus: ⁊ splenis si ex frido sint: asmati q̃z. ⁊ ãhelit⁹ arctatiõi si ex opilatiõe a flegmate facta grosso fuerit ⁊ viscoso. ¶ Juleb tẽperatũ ẽ ⁊ ad humiditatẽ declinat: calorẽ extiguit stõi: ip̃mqꝫ ɔfortat: ⁊ febriũ frãgit acumẽ. ¶ Mellicrat⁹ alius cũ simplici fit melle: ⁊ est cal̃s vtilis fridis morbis humidis elimatqꝫ nisi q̃d ei⁹ elimatio minor q̃ mellis est: vrinã ꝓuocat: paꝝ nutrit: ⁊ in corpib⁹ nãz emollit cuz ad stõm puenerit ⁊ intestina q̃ parata sunt ea q̃ i ipsis sunt expellere: stringit ãt vẽtrẽ cũ stõi validã iuenerit ꝩtutẽ ad emittẽdos cibos in corp⁹ oẽ. ⁊ ei⁹ iminuit expulsiõem: adiuuãs q̃s illic iuenit cibos: vt ad corp⁹ trãsmittanꝭ: ⁊ naturã strigit. Qui ãt cũ a fauia fit ⁊ zafarano pfectioris est in fridis morbis vtilitatis ⁊ humidis: calidior ⁊ eni ẽ ⁊ siccior. Simplex ãt cõplexiõis cal̃e hoib⁹ malũ est. ¶ Jutubaꝝ sirupus fridus ẽ ⁊ hũidus: tussi ꝓdest ⁊ sanguis d̃nationi: patientib⁹ q̃z maserã ⁊ rubeolã: variolãqꝫ ⁊ pectoris dolores. Papaueris sirup⁹ refrigerat ⁊ humectat: patiẽtib⁹ catarros ⁊ pectoris vlcera vtilis est: mãs spissans subtiles: acumẽ sedat: ⁊ vigilijs medeꝭ. ¶ Ninifar sirup⁹ refrigerãs ⁊ hũectãs tussi q̃ ex calore fit vtilis: febricitãtibusqꝫ si asperitatẽ patianꝭ pectoris ⁊ tussez: mordẽtesqꝫ mãs: q̃ pectori iffluũt ⁊ stõ. ¶ Uiolaꝝ sirup⁹ in frido tẽperat⁹ est: humectat: pect⁹ emollit: gutturi: febrib⁹ q̃s tussis comittaꝭ aut nãe siccitas ꝓdest. ¶ Acerbi citrinoꝝ sirup⁹ refrigerat. restrigit. febrib⁹ ꝓdest acutis. ⁊ sanguieis ac col̃icis siti mitigat. ⁊ appetitũ ɔfortat. ¶ Rosaꝝ sirup⁹ refrigerat ⁊ d̃siccat: nãz soluit: colerã emittit rubeã: si cũ sçngibi bibaꝭ ⁊ niue. ¶ Citonioꝝ sirup⁹ frid⁹ ẽ ⁊ sicc⁹: vẽtrẽ strigit: stõm ɔfortat. ⁊ siti mitigat. ¶ Granatoꝝ sirup⁹ fridus ẽ siccusqꝫ: rubeã rep̃mit võitũ placat maxieqꝫ si fiat cũ mẽta: stõ ɔfortat siti mitigat dolori ꝓdest ori stõi qui ex col̃is fit. ¶ Pomoꝝ sirup⁹ fridus ẽ ⁊ sicc⁹: stõi os confortat: cõpl̃oni ꝓdest: aiam roborat. vomitũ sedat: vẽtrẽ cõstipat. ⁊ q̃ de pomis fit syrũs: ad hec ꝓptior est agẽda sui iocũditate odoris: nisi qꝫ min⁹ refrigerat ꝑ eoꝝ dulcedinẽ. ¶ Rebest robũ refrigerat ⁊ calorẽ extinguit: stõm cõfortat col̃iccuz. nãm constipat: febricitãtib⁹ vtilis. ¶ Heresem robuz frigiduz est ⁊ siccum. rubeã rep̃mit sitim mitigat ⁊ vomituz: nãm cõstipat. sic quoqꝫ ⁊ sirupus acerbi citrini sed tñ robo heresez fortior ẽ. ¶ Mellis syrup⁹ cal̃e est ɔpl̃onis et humide nãm mollit: vrinã ꝓuocat fortiter cuius elimatio minor est q̃ mellis: sed colericis mal⁹ est ⁊ ap̃ata itus viscera hñtib⁹. ¶ Tamarindoꝝ syrup⁹ refrigerat ⁊ extinguit col̃e vile rubee stõm ɔfortat vomitũ abstinet magis aũt q̃ cũ nahana fit nãmqꝫ emollit. ¶ Lumie syrupus fridus est ⁊ sicc⁹ hñs paululũ caloris ꝩtutis cã q̃ ab amaro ei⁹ ad acerbum trãsit: iõqꝫ: col̃am rep̃mit rubeã stõm ɔfortãs appetitũ excitãs: digõnẽ meliorat vomitumqꝫ aufert. ¶ Prunoꝝ syrup⁹ col̃icis ꝓdest ⁊ q̃b⁹ nã ɔclusa est: emollit em̃ illã. ¶ Mirti robũ fridũ est siccũ stõm cõfortãs nãz icarcerãs si ei⁹ cum tussi sit mollities. ¶ Moraꝝ robũ ⁊ ip̃m fridũ est calorẽ sedat: ap̃atib⁹ ꝓdest gutturis calidis est em̃ in eo põticitas q̃dã ⁊ dissolutio. ¶ Nucum robum calidum ⁊ siccum dolorib⁹ ꝓdest gurgulionis si ex humido sint. hec est medicinalium assignatio potuum ⁊ cõplemẽtum tractatus nostri de cibis ⁊ potibus.

¶ Capitulum. xxxij. de natura odoriferorum florum ⁊ herbarum.



Odorifera ⁊ vestientia q̃dam alterant corp⁹ imutatiõe sꝫ nõ valida quẽadmodũ aer ẽ circũdãtis ciboꝝ qꝫ ⁊ potuũ. Odorifera aũt maxie imutãt cerebrũ magis vestiẽtia aũt reliq̃ exteriora mẽbra vt cutẽ ⁊ illi p̃xima. Que cũ ita sint expedit duo hec imutãtib⁹ corpa rebus adijcere nõ nãlib⁹. s. q̃ noster sit de reb⁹ non nãlib⁹ tractat⁹ plen⁹ pfectusqꝫ. Incipiem⁹ aũt p̃mum de odoriferis: eoꝝqꝫ circa cerebrũ dicem⁹ actiões. Actiões porro eoꝝ i oĩ corpe cũ exti⁹ adhibeꝭ cũ d̃ medicamib⁹ dicem⁹ simplicib⁹ referem⁹. Dico ꝙ eoꝝ q̃ odoranꝭ q̃dã sũt flores frõdesqꝫ: q̃dã aromata. Nos de p̃ri⁰ p̃m mẽbro dehinc ẽt de aromatib⁹ dicem⁹. In mirto varie sunt ꝩtutes. Est em̃ põtica vñ frigida ⁊ sicca hz ⁊ amaritudinẽ iõqꝫ q̃ndã calorẽ cum subtilitate vñ ⁊ ardori ꝓdest cerebri ⁊ hũiditati hec sicca vlcerib⁹ vtilis ẽ cal̃is. Rosa q̃z diuersarũ ẽ ꝩtutũ sꝫ ad fridũ declinans iõqꝫ refrigerat ⁊ desiccat si odoreꝭ eiusqꝫ sedat ardorẽ vñ ⁊ fridioꝝ nocet d̃his cerebroꝝ corizãqꝫ illis aduocat. Shaferemũ in calore tẽperatũ ẽ ⁊ friditate delectabile respirationi sedãs ⁊ dissoluẽs q̃ in cerebro ẽ calorem sine molestia. ¶ Maiorana cal̃a ẽ ⁊ subtilis dissoluẽs cerebri vẽtositates ⁊ q̃ in eo ẽ hũiditatez subtiliãs. eiusqꝫ apit opilationẽ cephalee q̃ ex friditate ɔtingit ꝓdest. Oleũ in quo decocta est auriũ medeꝭ dolorib⁹ ⁊ vẽtositati ac frigori. ¶ Nemamũ cal̃m ⁊ siccũ in tertio ꝗdu fortiter dissoluẽs eas q̃ in cerebro sup̃fluitates flegmaticas cephalee q̃ contingit ex frigido remedium affert: eiusqꝫ succ⁹ vtilis singulta

tioni q̄ ex repletiõe accidit. Jesem minũ fortis est caloris ⁊ siccitatis dũ respirat̃ cal'z fortiter dissoluit: paliticis ꝓdest torsiõi faciei ac emig̃neũ q̄ ex flegmate fit: flegmaticis morbis cerebro accidẽtibus si odoret̃ ꝓdest. Neserim ꝑrimũ ẽ iesemini ꝟtuti nisi minoris q̄ est caloris ⁊ acuminis ⁊ delectabilior respiratiõi aieq; lenius. Nacisc⁹ in calore tẽperat⁹ est ⁊ siccitate subtiliãs: dissoluẽs q̄ i cerebro sũt hũiditates. Susami multe sunt spẽs ⁊ ip̄z variaꝝ ẽ virtutum: nisi q̄ ad calorẽ refert̃ ⁊ siccitatẽ: iõq; dissoluit ⁊ subtiliat hũorẽ q̄ in cerebro est flegmaticũ. Uiola frida ⁊ hũida subtilis calori ꝓdest cerebri ⁊ siccitati hũectat ⁊ somnũ nutrit si digerat̃: sed ⁊ si sup caput recens ponit̃. Cheiri croceũ calide ẽ cõplexiõis subtiliãs dissoluẽs temperate. Oẽs aũt spẽs in calore ⁊ frigiditate tẽperate sunt. Mãdragora frigida est ⁊ humida in tertio gradu: iõq; ei⁹ respiratio refrigerat cerebrũ ⁊ hũectat: soporatq; ⁊ dormitat Ninifar violaꝝ sile est in virtute ⁊ vtilitate s̄z hũidi⁹ ⁊ frigidi⁹ vñ ⁊ cephaleã ex cal'o ꝓuocatã sedat. Afrengemescũ cal'm ⁊ subtile: cuius virtus ꝓxima ẽ marzenisi virtuti sed illi in siccitate subest. Bherameguũ tẽperatũ ⁊ hũidũ. respirationi delectabile aie leue leui ꝓdest q̄ in cerebro est vẽtositati. Beremuz in cõplexione bherameqo vicinũ est. Telea in nã bheramego ⁊ beremo ꝓxima est. Pomoꝝ ⁊ citoniorũ odor: refrigerat cerebrũ cõfortat ⁊ aiaz. Citrini odor calid⁹ ⁊ in eo acumẽ quoddã cerebro ꝓdest cui frig⁹ accidit. Naranga calida ⁊ sicca: citrina subtilior. Limua citrino similis est in odore ⁊ actione circa cerebrum.

¶ Capitulum. xxxiij. de aromatum naturis.



Romatum forti⁹ odore musc⁹ ẽ q̄ calid⁹ est ⁊ sicc⁹ in tertio gradu subtiliãs: cor ꝯfortãs. frigidaꝝ cõplexionũ hoĩuz mẽbra ꝯfortat debilia: si narib⁹ cũ aliquãto iferat̃ zafarano paralisi ꝓdest ⁊ cephalee q̄ ex flegmate fit ⁊ cerebrũ cõfortat. Ambra cal'a est ⁊ sicca eiusq; actio actiõi ꝓxima ẽ ⁊ musci si ei⁹ respiret̃ vapor aut narib⁹ iponat̃: sed tñ musco in actiõe subiacet. zehadũ cal'm est in scđo gradu: s̄z in humido tẽperatũ. Gariofilũ calidũ est ⁊ siccũ in gradu. scđo: odor eius in cerebro ꝓdest frigido ⁊ debili ⁊ cui dñat̃ cholera nigra aiazq; cõfortat ⁊ cor. Sãdalũ albũ in tertio gradu frigidũ est ⁊ cephalee si ex cal'o fit medet̃: calorẽq; refrigerat cerebri. Cãphora frida ẽ ⁊ sicca in gradu tertio cal'm refrigerat cerebrũ: cephaleeq; ex cal'o gñate remedio ẽ si odoret̃ ⁊ subiponat̃ narib⁹ cor ꝯfortat ⁊ aiaz si ei⁹ sit ex calore debilitas: si stõus ea ⁊ epar emplastrizentur cali ꝓdest illis. Sicq; si ceroto misceatur ⁊ cordi supponat̃ febricitãti ꝓderit: si bibatur spma desiccat ⁊ coit⁹ reprimit appetitũ: de q̄ si sternutatio cũ succo helbe moueat̃ fluxũ sanguinis sedat nariũ. Benacũ cal'z ẽ ⁊ siccũ: cerebrũ qđ ex frigido lesuz est ꝯfortat. Xiloaloes multas h̄z spẽs. vl'r tñ oĩs cal'a est ⁊ sicca ⁊ humiditati q̄ i cerebro ẽ ꝓdest ip̄z ꝯfortat ⁊ aiaz ac cor oĩaq; iteriora mẽbra: melior aũt oĩbus ⁊ caloris validioris: xiloaloes ẽ idica. Macis frida subtilis ⁊ paucũ hñs calorẽ. Spicanardi i pmo cal'a: sicca i ſo gdu ⁊ in eo põticitas modica ⁊ acumẽ. Jõ stõ ꝓdest ⁊ epi. Si ex calido illis incõmodũ fiat. Calefacit aũt ⁊ desiccat cerebꝝ. cui passio ex frido ẽ ⁊ humiditate: materiasq; repmit ad vẽtrẽ descẽdẽtes. Galia muscata cal'a ẽ ⁊ sicca põtica ẽ stõ vtilis: s̄z capiti cephaleã mouẽs: nãm si sup ventrẽ cataplasmet̃ stringit. Costũ marinũ albũ cal'm est ⁊ siccũ: s̄z tñ subest idico in calore: eneruatiõi ꝓdest neruoꝝ: venenoq; reptiliũ. Laudanuz cal'm est ⁊ siccũ: s̄z siccitas ei⁹ nõ multũ fortis: dissoluit subtiliat: stõm ꝯfortat frigidũ si eo cataplasmet̃ apataq; emollit dura: ⁊ vl'r calida ẽ ⁊ sicca: subtilis stõ ꝓdest cordi ac cerebro eaq; ꝯfortat: s̄z cerebrũ vaporib⁹ replet.

¶ Cap. 34. de vestibus ⁊ q̄d in corpe faciant.



Mnis vestis corpori supposita calefit ab illo dehic ꝯuersa vice hic illũ calefacit: nisi q̄ alia q̄dẽ min⁹ cal'a ẽ. alia magis. Uestes linee cũ corpi apponãtur in pncipijs q̄dẽ corp⁹ refrigerãt: magis aũt si chelindro sint attrite. nec corpi adherẽt Si ꝟo eiusmodi nõ sint: ⁊ corpi applicite diutius imorent̃: modicũ calefaciũt: hic si subtilissima sit vestis cutẽ lenit ⁊ mẽbra hũectat. Bãbacine vestes q̃to molliores tãto ãpli⁹ corp⁹ calefaciũt eo q̄ plurimũ corpori inhereãt: pariterq; emolliũt cutẽ ⁊ leniũt. iõq; hieme iduẽdũ his. Aspa vestis min⁹ calefacit. ⁊ ẽ sili exasperãs ⁊ indurãs cutẽ. Que aũt vestiũ pilose sunt. ⁊ eaꝝ villi longiores calor ẽt erit fortior. vñ ⁊ eiusmodi vestes hieme meliores adherẽt ⁊ eẽ corpi. Que ꝟo chelindrate. sunt corpisq; nõ herẽt ⁊ nõ multũ spisse sunt min⁹ calefaciũt ⁊ estati magis cõpetũt. Bãbacinũ aũt idumẽtũ vt dictũ est q̃to molli⁹ tãto magis corp⁹ calefacit ⁊ cutẽ mollit ampli⁹. Lanea vestis calefacit ⁊ desiccat corp⁹ mẽbra indurat: magis ãt q̄ ex pillis fit. Merahazica vestis cal'a ẽ ⁊ sicca corp⁹ potẽter calefacit. eo q̄ multam habeat mollitiẽ ⁊ corpi circũpositionẽ: nec ꝟo cutem aspat: dorsuz ꝯfortat ⁊ renes calefac̃. Gericuz tẽpatũ ẽ ⁊ corp⁹ nõ calefac̃ queadmodũ bambax suo indumẽto. Saldia cal'a ẽ. corp⁹ lenit: dorso ⁊ renib⁹ vtilis ẽ. Pellee vestes varie sũt scđz aialiũ ex q̄b⁹ fiũt nãz. Renonib⁹ itaq; oĩbus melior ẽ q̄ ex pelle fit grisiũ: ⁊ corp⁹ forti=

ter calefacit. Qui ꝟo ex vulpe sumit magis ca
lefacit ⁊ circūminuit. Variū ⁊ erminiū minoris
sunt caloris ꝙ pell' grisiū ⁊ corpib⁹ magis con
ueniūt tēperatꝫ sua leuitate. Edulorꝫ ⁊ agno
rū pelles calide sunt ⁊ molles: sed agnorꝫ for-
tius calefaciūt corpa dorsoqꝫ ⁊ renib⁹ melio-
res. Hec sunt q̄ nos oportuit de odoriferis et
vestiētib⁹. Et nos iā deinceps reliquas icipie
mus exponere q̄ restāt res nō nāles: somnum
vigilias: eorūqꝫ in corpore actiones.

¶ Cap. xxxv. de somni ⁊ vigiliarum actionib⁹.


T quoniam ciborūꝫ ⁊ potuū habitudines explanaui
mus: iā hoc loco de somno ⁊ vi
giliis videam⁹ cuꝫ his q̄ p̄dicta
sunt cōsequēter adiūgēda sint.
Dico qm̄ somn⁹ ali⁹ nālis ali⁹ extranālis q̄ ē
scꝫ obstupefactio: nobis h⁰ loco d̄ nāli dicēdū
de ex̄naturali in reb⁹ ex nām dicet. Sōn⁹ igit
nālis ex hūiditate cerebri est tēperata: ⁊ vapo
rū ascēsu hūidorꝫ q̄ clari sūt ⁊ bōi a corpe ad
cerebrꝫ. Jō ꝙ cū cibū sumpserim⁹ hūidiqꝫ ascē
derint vapores ad cerebrꝫ: segnities fit nobis
⁊ torpor: somnūqꝫ q̄rim⁹ eo in tpe. Nā āt som
nū duab⁹ fecit de causis. Altera est vt cerebro
q̄ es eēt ⁊ sensib⁹ recreatio ab ea q̄ fit ipsis et
accit fatigatiōe mot⁹ abūdātia. Jō ꝙ māsuete
sunt ⁊ trāquille aiales actiōes somni tpe: hō
⁊ em̄ dū dormit sensu p̄uat visus. ⁊ audit⁹ odo
ratus: ⁊ gust⁹: ⁊ tact⁹: motu ēt volūtario: vita-
les porro actiōes ⁊ nāles suo decurrūt cursu
somni tpib⁹. Hō nāqꝫ somni articulo āhelitu
nō p̄uat ⁊ refectiōe. Cui⁹ rei signū ē nobis ar
teriarꝫ pulsus manifest⁹: āhelit⁹: digōnis: bōi-
tas. Altera cā ē ciborꝫ digō hūorꝫqꝫ decoctio.
Calor nāqꝫ nālis somni tpe ad ꝓfunda sece-
dit corpis: quo cibū digerat hūores bonos di
spōat: vn̄ ⁊ digō ciborꝫ melior fit hieme ex no-
ctiū lōgitudine ⁊ somni copia. Significat aūt
nobis caloris somni tpe ad corpis iteriora nā
lis secessus: eo ꝙ ampli⁹ tūc egeam⁹ opimē-
to āpliori: atqꝫ ēt somn⁹ si ꝓlixior fiat extremi
tates frigide fiāt ⁊ sanguis ab eis iminuitur:
nec multū vigiliarꝫ tpe opiri egem⁹. Sōni ꝟo
actio in corpe duob⁹ variat modis. Prim⁹ est
ex tpib⁹ ipsi⁹ q̄titate. Scōs ex materiei mēsu-
ra ⁊ q̄litate. Et ex tpis q̄dē q̄titate qm̄ ꝟtutes
p̄limū eneruat animales somn⁹ ac debilitat:
corp⁹ refrigerat ⁊ hūectat: atqꝫ in eo flegma
augmētat nālē debilitat calorē. Moderata ve
ro somni q̄titas: cibos digerit: corp⁹ spissat: la
borē soluit aiaꝫ ꝯfortat nālē: caloreqꝫ auget nā
lis: hūores bōi fiūt: mēbra recreat extēsa: men
teꝫ clarificat: cogitationē emēdat ac visuꝫ. Si
sit aūt somn⁹ tēperata minor q̄titate fit abide
aīe dbilitas nāe ibecillitas: digōnis paucitas
corpisqꝫ siccitas. Diuersitas aūt somni actio-
nū: sꝫ quā iuenit in corpe mām fit: qm̄ si sit sō
nus ⁊ in stō cib⁹ idigestibilis: ac in corpe ma
teria inobediēs decoctiōi: earūqꝫ q̄titas ma
ior ꝙ ꝟtutis q̄ igredit iteriora nālis caloristo
tius ad coquēdā mām ⁊ digerēdū cibū: mate
ria illū supat nec ab eo imutationē suscipit ex
tinguitqꝫ illū: quēadmodū i accessionū p̄mor
diis quotidianarꝫ fit febriū. Jō ꝙ illis q̄ multi
tudine vtunt ciborꝫ iperat nō dormire donec
ab eorꝫ dissoluat stō cib⁹ q̄dā dissolutiōe. Fe-
bricitātibusqꝫ idicim⁹ piodi febris tpe abstine
re somno. Si sit aūt oino corp⁹ vacuū nec i eo
aliq̄d ē ciborꝫ: nālis ꝯuertit ad corpis hūidita
tē calor exuritqꝫ ⁊ ꝯsumit illā: dehinc ipē debi
litat calor deficiēte mā refrigeraturqꝫ corp⁹.
Si sit aūt somn⁹ ⁊ in corpe mā cibusqꝫ mode-
rate q̄titatis: calor ad corpis iteriora nālis in
gredit eāqꝫ maturat ⁊ cibū digerit calefacit-
qꝫ corp⁹ ⁊ hūectat. ac ei⁹ auget corpulētia: h̄
est in corpe somni actio. Vigiliarꝫ quoqꝫ q̄dā
nāles sunt q̄dā ex̄ naturā: de nō naturali suo
dicem⁹ in loco: quo de morborꝫ causis dispu-
tabimus. Nāles aūt vigilie corp⁹ laxāt ⁊ natu
rales ꝟtutes: aiales ꝯfortāt ꝟtutes. Calor et-
em̄ naturalis ad exteriora egredit corpisquo
sensus ꝯfortat ⁊ mot⁹ iōqꝫ vigilie iteriora re-
frigerāt corpis exterioraqꝫ calefaciūt ⁊ desic-
cāt. Si aūt tāte fiāt vigilie vt vitio deputetur
corpis auget calor siccitas eiusqꝫ corrūpit ha
bitudo ⁊ oculi ꝓfundantur.

¶ Cap. xxxvi. de coitus actionibus in corpe.


N rerum disputatiōe nō nāliū post sōni
⁊ vigiliarꝫ tractatū iusto sequit or
dine coit⁹ speculatio. Coit⁹ ⁊ em̄ in
ter eū ones ꝯputat nāles cū spma
tis emissio q̄dā sit exinanitio q̄ in custodia fit
sanitatꝫ necia qd nā ad ꝯseruādā fecit aialis
spēꝫ. Dico ꝙ qm̄ coitū i aiali ꝯstituit nā gnān
di cā vt q̄ ei⁹ duraret spēs aialiū eorꝫ eēt gnā-
tionis ꝯtinuatio ne forte ⁊ gnātio itercidat et
aialis aliq̄ peat spēs subintrat igit q̄ gnantur
peūtiū locū. Jō ēt in coitu delectatio facta est
fortis quo ad ei⁹ acceleret vsum aial ⁊ ad hu
ius perueniat cōplemētū actionis gnationis.
s. maxime ⁊ em̄ hoiꝫ partis in appetēdo coi-
tu delectatio cā ꝓponit paucorꝫ ꝟo finis ⁊ ꝓ
positū liberorꝫ ꝓductio. Aialis aūt irrational
finis ⁊ intētio in coitu sola ē delectatio. Fecit
aūt gnātiōis natura materiā sperma qd que-
dā ē corpis superfluitas qd ēt natura ad sua
ꝓducit vasa ⁊ generationi aptat. Nō est tamē
sperma quēadmodū alie supfluitates qb⁹ oio
natura nō indiget q̄lia sunt emūctiones ꝯspu-
ta. sudor. vria ⁊ similia. qꝛ ex meliori fit que in
corpore ē sub̄a ac laudabiliori. Ait āt in libro
de sanitatis custodia galienus qm̄ qd in sper
mate dn̄at ignis est sub̄a ⁊ aeris. Quare ei⁹ ē

calida cōplo & hūida. Generatur etem̄ ex claro puroqꝫ sanguie: quo ꝑncipalia & ꝑma pascūtur mēbra. Huius porro sanguis cal'a & hūida ē cōplo. vnde & cū in hui⁹ supfluitatis euacuatione hunc modū trāsgredit̄ ei⁹ debilitat̄ virt⁹: corp⁹ desiccat̄ ac defectus sequit̄. Euacuat̄ āt sanguis p flebotomiā aliqñ multa copia: cui⁹ quātitas multa amplior fit ꝙ que ex spermate potuerit euacuari: nec accit illi debilitas & ꝟtutis dissolutio q̄ i coitu si emissiōis spermatis excedat̄ modus ꝯtingit. Et hoc est nobis signū māz ex q̄ spma fit ex meliori esse corpis hois: cū p eā subsistētia sit ꝑncipalium mēbroꝝ. Cū etem̄ euacuauerit nā qd i testib⁹ paratū inuenerit sperma: si deinceps hō coitu vtat̄ ampliori necesse hʒ nā attrahere q̄ gñationi paratus erat spmatis sanguinē in supioribus organis excoquitqꝫ illū & spma facit optimū. Si āt oino modū coit⁹ hō excesserit: necesse ē testibus & spermatis istris māz attrahere q̄ nutrimēto mēbroꝝ parata ē ꝑncipaliū. q̄ nō existēte attrahūt sanguinē q̄ ad nutrimētū mēbroꝝ ꝑncipaliū alterabat̄: nec sup est illis aliq̄d quo pascant̄: vnde & plurimos videm⁹ holuʒ cū coitus vsus modū excesserint sāguinē emittere: qd cū ita sit neċe ē ꝟtutē debilitari & dissolui. Hypocras āt & gal's eorūqꝫ sequaces aiūt coitū quādā eē cārū q̄ custodie sanitatis adhibent̄ & aiūt medicoꝝ nōnulli nō sic se rē hēre: coitūqꝫ in custodia sanitatis nō annumerādū. Nō est verū qd dicūt. Coitus em̄ vna ē cārū corpus imutantiū q̄ si fiat vt rō expetit & cum opus est sanitatē custodit. Si ꝟo aliter ꝙ oporteat eo q̄s vtat̄ morbū adducet. Queadmodū etenī humores supfluitatū corpoꝝ p q̄s subsistit: illisqꝫ vasa pata sūt si augeātur aut iminuātur corp⁹ ledit̄: sic & in spermate si augeat̄ aut imminutū fuerit corp⁹ leditur. Ideo ꝑ necesse habuit nā illd euacuare si invasis multū fuerit: queadmodū reliq̄s necesse ē ei euacuare supfluitates intm̄ vt nōnūꝙ illud multotiens expellat. & emittat cum illi ꝟtus magna sit ad hmōi sine coitus vsu. diciturqꝫ hmōi act⁹ nocturna pollutio. Nocturna porro hec pollutio fit si hūiditas q̄ spmatʒ est mā multiplicata fuerit: multūqꝫ calefcā: expulueritqꝫ eā in spermatis meat⁹ nā dehic ad testes quā foras eo ꝙ ea ledit̄ emittit. Si ꝑ huiusmodi supfluitas suis aucta in vasis coitu nō purgat̄ nec poterit eā expellere nā in iguinib⁹ fit & iliis simul extēsio oisqꝫ i corpe ꝑuitas sepeqꝫ suis spma calefit in vasis fitqꝫ febrʒ qm̄ mēbra hec qd post illa calefiunt donec cordi calor hic ꝯtinuet̄. Nōnūqꝫ āt ei⁹ ascēdūt ad cerebꝝ vapores vbi & pessimos gñant morbos. His itaqꝫ de cāis si vtat̄ cū op⁹ poscit hō coitu & cū i suis hmōi supfluitas auget̄ vasis: sētitqꝫ in corpe ꝑuitatē: & titillationē. stati vt celebrauerit leuitatē sēt. et corp⁹ ip̄gritiā ꝟtu tēqꝫ tūcqꝫ coit⁹ auget̄ appetit⁹ vt āt cibatū fuerit qd i spmatʒ erat vasis ad ea q̄dā attrahit̄ alid. Si ꝑ coitu vt oʒ q̄s vtet̄ cogitatiōes cedūt ira mitigat̄ melie ꝓdest passiōi: ꝓdest flaticis ēt morbis: somniorūqꝫ medet̄ multitudini & appetitū ꝯfortat: & oino fit queadmodū assignatū ē. coit⁹ etḣ vna ē cāꝝ sanitatē custodiētiū & non nullos curat morbos si vt expedit fiat. Si āt alit̄ ꝙ oporteat exerceat̄ cā fit morbos gñans corpiqꝫ nocēs qd & refrigerat & desiccat si pl⁹ eq̄ exerceat̄ calefacit ēt corp⁹ mot⁹ multitudine. Coit⁹ porro i corpe variāt actiōes trib⁹ ex cāis q̄rū vna ē res nālis. scda nō nālis. tertiaq̄ ꝯ nāz & ex. Ex nālib⁹ qd reb⁹ qm̄ si q̄s coitū celebrat & adolescēs ē & iuuēis eiusqꝫ ꝯplō cal'a & hūida testiculorūqꝫ eadē corp⁹ ei⁹ plenū color ad rubeū iclin⁹ & flauū plimqꝫ i ei⁹ gñat̄ spma corpe ꝟt⁹ illi fortʒ ē corp⁹ sanū nec ei⁹ vsus modū excesserit: tēpat eiusmodi nālē calorem eiusqꝫ ꝟtutes corp⁹ leuigat̄: ipigrities fit gaudiū accedit cura pellit̄ & cogitatiōes moleste acumē sedat̄ & ira. Si āt h⁹ ꝯplōis vir ei⁹ mōʒ excesserit nō plīma fit illi lesio. Qd si coit⁹ supsederit vsui illūqꝫ neglexerit spma suis auget̄ i vasis dolor i vngīb⁹ fit & testiculis cū extensiōe & pigritia: hebetudieqꝫ sensuū & itellect⁹ ꝑiter capiti ꝑuitas: visui tenebre frāgit̄ corp⁹ appetit⁹ iminuit̄ ciboꝝ: nōnūꝙ ꝯplō decliat a statu. suor febrʒ supuēit: aliq̄tiēs ēt pit̄ mania ex vaporib⁹ spmatʒ ad cerebꝝ ascēdētib⁹. Sepe q̄ʒ multiplicato spmate & dēsato fit corpi frigus & nōnūꝙ tremor p̄cordioꝝ pectorʒ attractio. sepe ēt scotomia & ꝟtigo. Cū ꝟo corpis ē frida & sicca ꝯplo & hois eiusdē ꝯplōʒ testes corp⁹ exile color ꝟidis alb⁹ aut croce⁹ eiusqꝫ i corpe spma p paucū si hmōi coitum exerceat refrigerat̄ corp⁹ nālis debilitat̄ calor & rarefactū eneruat̄ nerui ibecilles fiūt supuēit illi tremor aie marcor. cardiaca appetit⁹ ꝯfectio sicci fiūt illi morbi. aretica pectorʒ passiones ac pulmōis i cui⁹ vsu si fuerit freq̄ns. corp⁹ ꝯsumit̄ & ꝯficit spasm⁹ accit. Quare hmōi dño cōplōʒ caued⁹ ē coit⁹ & ab eo r̄cedēd⁹ ad alia negocia & si quidē surrexerit illi appetit⁹ modice vtatur. Cui⁹ autē corpi frigida est & hūida cōplexio: aut calida & sicca huic coitu vtēduʒ erit pauco: nec multū frequētandus: multas etem̄ frequētatio pareret illi lesiones. ¶ Cōplexionis frigide & hūide viro naturalis coagulabitur calor nerui dissoluentur. ¶ Cui vero calida est & sicca. corpus desiccatur & extenuat̄: oculi submergunt̄: facies rugat̄ aliaqꝫ fiunt hmōi que sicce accidūt cōplexioni. Coitus aūt actionis in corpe diuersitas nō nāliū cā reꝝ hmōi est. Si cibo homo repletus aut potu coitu vtat̄ debilitas eius fit corpori eneruatio neruis dolor in genibus alarūqꝫ con=

tinuationū: viscerꝫ opilatio: gñantur abide humores grossi. Cuiꝰ vsus si hoc fiat mō freqns assiduꝰ: hydropisis sequitur asma. ꝛ tremor. ¶ Si ṽo famē patiens q̄s ad coitū accesserit: aut sitis molestia p̄ssus aut aliq̄ certe euacuationū sp̄e exinanitꝰ ē: vt vomitu solutiōe flebotomia ꝛ his sı̄libus: aut stati post balneū vel laborē vigiliasq̄ʒ: aut etiā post grauē tristitiā: corpꝰ cōsumiꝶ ꝛ d̄siccaꝶ: calor dissoluiꝶ nālis: ciboꝝ iminuiꝶ appetitus: tenebraꝶ visus oculi fiunt cōcaui: ꝛ nōnunq̄ʒ defectꝰ accit ꝛ spasmꝰ. Sic q̄ʒ post magnū grauecq̄ʒ gaudiū q̄s coitu vtaꝶ: hoꝝ aliq̄d accidūt morboꝝ. ¶ Si sit aūt etiā cū his tēpꝰ estiuū grauisq̄ʒ estus: aut certe ieq̄lis autūnus aerꝭ: adiuuāt morboꝝ gñationē. eo q̄ᵭ duo hec tpa coitus vsui ꝛ frequētationi mime oportuna sint. Si aūt q̄s celebret coitū inter repletionē ꝛ euacuationē corpe medio stabilito: ꝛ in corpe plurimū est sp̄matis: ꝛ ante somnō fiat ad illū accessus: estq̄ʒ letꝰ hilaris ꝛ vacuus curis: corpi p̄dest manifestius: fitq̄ʒ q̄ celebrat ipiger: letꝰ leuitas accedit motꝰ ꝛ appetitui ciboꝝ ṽtus nāli tēperies calori: ꝛ si cū his etas q̄ʒ fuerit iuuēil vt adolescētia: tp̄s ip̄m ver. ꝯuenētius fit coitꝰ. Que aūt coitꝰ in corpe extra nāliū reꝝ opatur hec sunt. Si ꝛ em̄ q̄ coitu vtiꝶ mētis despictia pp̄ colerā patiꝶ nigrā: multarūq̄ʒ est cogitationū ꝛ amat: aut in corpore eius flegma est spissum d̄esatūq̄ʒ: aut certe corpꝰ eius repletum est: aut ex repletione inest illi angustia: aut cerebꝝ eius hūoribꝰ plenū: aut in caput ipsius vapores ascēdunt acuti: sanaꝶ ad illiꝰ vsum: mania mitigatur: ꝛ amor: trāquillanꝶ cogitationes: calor ꝛ ardor sedaꝶ: flegma iminuiꝶ ꝛ repletio a corpe āgustia mitigaꝶ: opilo apiꝶ ꝛ porri sup̄fluitates a cerebro extenuāꝶ: ꝛ p̄ coitū ad iferiora secedūt sensus leuiores fiūt vapores dissoluūꝶ ab eo calī: magis āt hmōi ꝯmoda corpibꝰ ꝯfectio q̄bus calīa ē ꝛ humida cōplexio. ¶ Si aūt vtaꝶ coitu q̄ in pectore patiꝶ ꝛ pulmone passiones: aut q̄bus in cōtinuationibꝰ dolor ē in visceribus grossities ꝛ q̄ morbis molestātur fri dis: cuiq̄ʒ dolor colice assuetus ē passiōis: quēq̄ʒ solutio frequētat ac stōi dolor ꝛ defectus q̄bꝰ ēt catarrus inest ꝛ corriza. hoꝝ oim ad coitꝰ vsuꝫ morbꝰ augeꝶ: p̄uocat āt illū ꝛ nutrit. si p̄sens ēt nō fuerit morbus si eiꝰ excesserit vsus modū cui corpus hmōi prepatū est morbis: maxieq̄ʒ morbi his assidue fiūt cerebro neruis pectori pulmoniq̄ʒ. Cerebro eēdē ꝛ neruis pp̄ multitudinē eoꝝ q̄ de sp̄ū dissoluunꝶ aiali. Pectori ṽo ꝛ pulmoni pp̄ motus copiā ꝛ hoꝝ cōcussionē mēbroꝝ: naturalisq̄ʒ immutationē caloris. ¶ Quare haꝝ dn̄os passionū coitū cauere expedit pestilētie tpe ꝛ aeree corruptiōis. Accit aūt nōnullis hoīum cū coitu vtuntur virtutis debilitas stōi eneruatio ac subuersio: in ore siccitas oculoꝝ p̄fundatio. Pariterq̄ʒ i sp̄matis vasis eoꝝ ptīm gñaꝶ sp̄ma ꝛ si coitu abstinēt ḡuitas illis fit in capite āgustia ꝛ subuersio si ṽo coitu vsi fuerint q̄ p̄dicti sunt accn̄t morbi. Quare hmōi hoi habitudis vtēdū erit his q̄ coitꝰ āputāt appetitū ꝛ sp̄ma iminuunt queadmodū alio ordinabimꝰ ꝛ disponemus mō. Accit āt ꝛ nōnullis hoiuꝫ i coitu horror aliquātꝰ ēt rigor maloꝝ cā q̄ in eoꝝ sunt corpore morboꝝ calorisq̄ʒ ꝛ ardoris q̄ coitꝰ accidit tpe ꝛ articuloꝝ motꝰ exercitatꝰ cā. Oia etem̄ maloꝝ chimoꝝ corpa si forte subito icaluerit horror illis accit. Si sit āt eiusmodi chimus cū cerebri malitia rigor sit. ¶ Perflat āt nōnulloꝝ corpibꝰ coitꝰ tpe putridꝰ odor eo q̄ᵭ in eorū humor sit putridꝰ q̄ coitꝰ dissoluiꝶ tpe caloris causa que eo accidit tēpore.

¶ Capi. xxxvij. de naturalibus euacuatiōibꝰ ꝛ earum generibus.



Et quoniam q̄d i corpore coitus opeꝶ q̄ vna ē euōnū sp̄es nāliū dictū ē: iā nūc de reliq̄s dicere aggredimur: q̄d si a nāli repmāꝶ cursu i corpibꝰ faciāt: q̄dq̄ʒ si āpliꝰ q̄ʒ equū est fuerit augmētate ꝛ nālē excesserit modū. Sūt aūt he egō vria mēstruoꝝ sāguis. ꝛ q̄ a palato defluūt alia hmōi. ¶ Dico ḡ q̄m oia hec si aut modū superexcesserint aut certe a nāli repressa fuerint emissiōe corpi nocēt ꝛ morbi ex singuloꝝ fiūt nā. Quare nō opꝫ aūt eoꝝ initi more tarditati vel certe in euōne augmento q̄ʒdiu i nāli p̄stāt hitudine corpusq̄ʒ sanū p̄seuerat. Et si q̄dē ꝯcludāꝶ ꝛ eoꝝ p̄hibeaꝶ egressus quo soluanꝶ initēdū: ꝛ si supabūdauerit retinēdi. Si etem̄ hois arcteꝶ egō aut vētositas ꝛ ab egressu p̄hibeāꝶ colica fit passio ꝛ tenasmos tortio ꝛ āgustatiōes appetitꝰ defectꝰ aie turbatio ꝛ subuersio coleꝝ vomitꝰ i itestinis vētositas ꝛ stō. Si aūt augeaꝶ eiꝰ euōo dissolutio accit ṽtutis ꝛ debilitas. Et si adhuc āpliꝰ fiat casus approximat ṽtutis ꝛ si q̄ᵭ euātur colicū ē vlcera exaraꝶ i itestis. Uria cum egredi p̄hibeꝶ difficultas fit vrie ꝛ eius adustio in vesica dolores ꝛ meatibꝰ vrie ac renibꝰ hisq̄ʒ eiusdē locis vlcera excoriatiōes. Si aūt vrie āplior iusto fiat emissio sitiꝫ nutrit ṽtutē debilitat ac dissoluit. corpꝰ desiccat. Sic ꝛ in mēstruoꝝ fit sāguine. Si etem̄ eoꝝ negligaꝶ mora in p̄ncipijs morbos gñat pessimos calidosq̄ʒ. Et si eoꝝ more differaꝶ tp̄s ex r̄frigeraꝶ calorē suffocāt nālē ꝛ extiguūt ꝛ nōnūq̄ʒ fit hydropꝫ ꝛ ꝯplonis corruptio. Quoꝝ si vapores ad cor ascēderit d̄fectꝰ fit ꝛ āgustiatio. Si āt ad cerebꝝū emigraneū piꝶ ꝛ diuturniores cephalee visus tenebre: ṽtigo: obstupefactio ꝛ hisilīa. Quorū si mōꝫ trāsgrediaꝶ emissio calor d̄bilitaꝶ nāl sue iminutiōe māe epar r̄frigeraꝶ

eo ꝙ sanguis iminuit᷑:hydropis parit᷑:simul-
q̃ꝫ ꝛ cõplexiõis comittat᷑ corruptio.¶Eadẽ ꝛ a
sanguie accidũt emorroidaꝝ si imoret᷑ cui cõ-
suete sunt:ꝛ si eius abundet emissio.¶Sꝫ ꝛ q̃
ab ore emittũt᷑ sup̾fluitates si imorent᷑ cui ea
rũ multa ẽ emissio ꝯsuetudini:passiones fiũt ꝛ
morbi i cerebro:vt opil'o ꝛ vertigo obstupefa
ctio.¶Et ãpliori facta emissiõe vigilie succe-
dunt:lenitas facici desiccatio ꝛ oculoꝝ:ꝛ silia
his.¶Jdeo ꝫ corp⁹ assuescere emissiõi q̃ i eo
sunt nãlium opꝫ sup̾fluitatũ. Et si plus iusto
fiãt repmere queãdmodũ in custodie sanita-
tis tractatu dicemus.

¶Caplm.xxxviij.de anime accidentibus.



Et quoniã de nãli dictũ satis ẽ eua-
cuatione q̃dq̃ꝫ in corpe si imoret᷑
faciat aut si exinaniẽdi modũ ex-
cesserit.iã nunc de aie nos accñti
bus dicere expedit.Et q̃d circa corpa faciant.
¶Dico ꝫ corp⁹ accidentib⁹ imutari aialibus
queãdmodũ ꝛ reliq̃s oibus imutat᷑: q̃ hucus-
q̃ꝫ dicte sunt cãis intm̃ vt qñꝫ sanitati ꝯseruã-
de fiat cã:ꝛ qñꝫ sint corruptiõis.sanitatis cãe.
Qui eteni oib⁹ irascũtur de cãis sollicitι fiunt
ꝛ tristes ꝛ a q̃uis modica timẽt cã ꝛ exterrẽtur
occasione:opinatiões opinãtur falsas ꝛ amãt
his sepe de cãis i morbos incidũt pessimos ꝛ
passiones intm̃ vt hmõi nonnulli moriãtur si
in eis hoꝝ aliq̃ accñtiũ roborẽtur. ¶Qui aũt
dũ irascitur sibi rex ẽ:irarũq̃ꝫ frãgit estus: mo
desteq̃ꝫ subsṫiet aduentũ huiusmõi:cãrũ:aius
eius roborat᷑ ꝛ cognitio. suiq̃ꝫ ipsi⁹ solidatio.
rep̾ssio.robur.tollerantia.aie subtiliatio: vix
fiet illi aliq̃ hmõi nõ accidere.ꝛ siq̃d haꝝ acci
dat cãꝝ q̃uis rõnabiliter molestãti si necessita
te tẽperantiã non excedũt:sed ꝛ siq̃d fortuitu
morbi peperit puus ẽ: ꝛ cito sanatur facileq̃ꝫ
ad se reuertit᷑. ¶Sunt ãt ꝛ sanitatis cã si ini-
tit᷑ hõ eaꝝ vsui cãis ꝯtriare nocẽtib⁹ aie corpi-
q̃ꝫ.¶Jra em̃ frido dño cõplexioni pdest ꝛ for
miduloso.¶Gaudiũ ãt cui tristitia dñat᷑ ꝛ sol
licitudo cogitatioq̃ꝫ vtile est. Noui etem̃ ple-
rosq̃ꝫ q̃ ex tristitie sollicitudinisq̃ꝫ curarũ p̾se-
uerãtia corpe iã cõsũpti erãt! q̃ cũ exultatiõis
accidisset gr̃a liberati sunt:in suãq̃ꝫ corpa eoꝝ
reuersa sunt pulchritudinẽ. Nõnulli etiam a
morbis q̃bus laborabãt liberati sunt: eoꝝ q̃s
amabãt cura ꝛ cogitatiõe. Sic quoq̃ꝫ ꝛ aliqui
sunt q̃b⁹ dñat᷑ cura ꝛ tristitia: pdestq̃ꝫ illis cũ
eoꝝ cõplexioni cerebri calor dñetur ꝛ siccitas
ꝛ q̃bus nimia ẽ gaudij ꝛ letitie consuetudo ne
forte ipsoꝝ calor dispergat᷑ nãlis ꝛ iminuat᷑.
¶Que cũ ita sint nos hoꝝ pponemus diuer
sitates accñtiũ ꝛ q̃d operẽtur ac i corpe faciãt
hoc nostri libri loco. ¶Dico qm̃ aialia sunt
accidentia.ira.gaudiuꝫ.cura.tristitia.stupor.
timor:ꝛ verecũdia.Jra aũt est sanguis cordis
ebullitio naturalisq̃ꝫ motus caloris ꝛ ad exte
riora exitus semel subitoq̃ꝫ ad vlciscẽda q̃ no-
cent.Calefacit ãt corp⁹ ꝛ desiccat: colerã con
fortat rubeã intm̃ vt febrem q̃ꝫ diei pariat.Et
siquidẽ in corpe humor est ad putrescẽdũ pa
ratus febrẽ generat putridã. Si ãt imodera-
ta fuerit ira ꝟtutẽ dissoluit nãlẽ: eo ꝙ illũ plu
rimũ emittat ꝛ in ptes dissipet: vñ ꝛ ꝟtus debi
litat᷑:tremor qñꝫ accidit ꝛ si adhuc augeat᷑ de-
fectus sequit᷑:maxieq̃ꝫ si hõ debilis sit virtutis
nisi ꝙ ira minime mortem asistit. Est ãt hmõi
accidens cõplexionum frigidaꝝ hoibus con-
ueniẽs:si tñ vltra modũ nõ fiat:calorẽ nãq̃ꝫ cõ
mouet nãlẽ ad exteriora cuꝫ quo ꝛ sanguinẽ
emittit vitalẽ forti motu ꝛ vl'oci:reducitq̃ꝫ calo
rẽ hitudini cõpetẽtẽ nãli:caro q̃ imutata fue-
rit auget᷑ sanguis eteni a venis egredit᷑ ꝛ i mẽ
bris residet.Signũ ẽ autẽ ꝙ naturalis exeat
calor ꝛ sanguis ad exteriora ire tpe ꝙ oculos
iratoꝝ videmus rubeos eiusdẽq̃ꝫ totã coloris
faciẽ:ac totũ corp⁹ veneq̃ꝫ simul intumescunt.
¶Gaudiũ aũt nãlis est exitus caloris ad cor
poris exteriora eiusq̃ꝫ diffusio paulatiꝫ facta.
Hui⁹ ẽ aiam ꝯfortare calorẽq̃ꝫ nãlẽ in oi corpe
hũores tẽperare: sanguinẽ caloris tẽperãtia
nãlis augere:corpulentiã corpi facere. Jõ ita
q̃ꝫ oibus ꝯuenit corpibus tẽperatis:nisi ꝙ qñ
semel subitũqꝫ fit aliquotiens interficit nãlis
dissolutione caloris ꝛ disp̾sione. fertur ãt ha-
mes in nimietate gaudij ꝙ subituꝫ illi sup̾ue-
nit perijsse. ¶Tristitia ꝟo nãlis ẽ caloris in-
gressus ad corpis interiora paulatiꝫ intm̃ vt
qñqꝫ corpi febrẽ vnius afferat diei. Cui⁹ si diu
turnus tp̃s fiat corpus fortiter calefacit oiaqꝫ
calefiũt mẽbra solidaturqꝫ calor nãlis p̃ncipa
libus mẽbris fitqꝫ abinde ethica febris. Si ꝫ
imoderata fuit tristitia ifrigidarũ cõplexionũ
corpib⁹ corpus refrigerat᷑ calorqꝫ extiguit᷑ nã
lis sua in corpis interiora cõuersione: q̃ ex re
iminut⁹ coagulat᷑. Tristitia ãt oib⁹ est nocẽs
corpibus ꝛ illa subuertẽs maxieqꝫ frida ꝛ sic
ca. ¶Cura aũt ẽ ingressus caloris ad corpis
interiora aliqñ.aliqñ aũt egressus.Jntrat aũt
cũ desperat de quib⁹ ei cura ẽ.Exit ãt cũ adi-
pisci sperauerit.Oꝫ ãt eũ qui ꝯtinuo ꝛ diutur
niori vtit᷑ gaudio cogitationẽ quoqꝫ imiscere
rebus ne forte nãlis dissoluat᷑ calor gaudij co
pia nimia. ¶Timor aũt ẽ nãlis igressus calo
ris ad iteriora corpis pp aie ab aliq̃ nocẽti fu
gã ꝛ ex aspanti cũ sit nãe aiam a nocẽtibus ꝛ
sbitãtib⁹ q̃ nõ cõsueuit timere ꝛ fugere.Uere-
cũdia porro ꝛ stupor ad igressũ nãl' fiũt caloꝛꝫ
in corpib⁹ iteriora regressũqꝫ exteri⁹ sit᷑ subi-
to.Calor em̃ a verecũdia mouet᷑ p̃mũ tot⁹ si-
mul subito q̃lis ei⁹ tpe pauoris ẽ mot⁹:fugiẽs
ab eo q̃ď verecũdat᷑ debilitatis cã.Dehic ro-
borat illũ cogitatio ꝛ ad exteriora reducit si-
mul:vñ ꝛ color ꝟecũdie tpe rubescit.Duo aũt

hec accidētia. timor scił ꝛ verecūdia mīme corpori ꝯueniūt. Hec ē q̄ nobis necīa erat ꝺ accn̄tib⁹ aīalib⁹ disputatio: vltim⁹ scił nō nāliuм tractat⁹ reꝝ. Iā nūc deiceps: de reb⁹ icipiem⁹ extranaturalibus in eo q̄ sequitur sermone.

¶Incipit sermo sext⁹ p̄me ptis libri ꝯpleti artis medicie q̄ dr̄ regalis dispositio hali filij abbas discipuli abimeher moysi ad regē p̄ncipatus fortitudinē de reb⁹ ex̄ nam q̄ sunt. s. morbi ꝛ cause eoꝝ accidētia illos seq̄ntia translatio stephani philosophie discipuli de arabico in latinum: habens capitula. xxxv.

¶Capitulum p̄mum vniuersalis disputatio de rebus extranaturalibus.



T quoniā ostēdimus in p̄cedenti nostri opis tractatu duas ptes specłatiue ptis res scił nāles ꝛ nō nāles. Iā nobis supest q̄ extranaturā exponere: qꝺ est p̄me ꝯplemētum speculatiue scił ptis. ¶Dico qm̄ res extranaturales sunt morbi: ꝛ eoꝝ cause q̄ illos faciūt: atq̄ȝ accn̄tia morbos seq̄ntia. Et em̄ ꝯsistētia hois eiusq̄ȝ sanitas p reꝝ ē nāliū tēperātiā: queādmodū i vltio ꝺ reb⁹ nālib⁹ tractatu oñdim⁹. Hec āt tēpātia i corpe iuenit̄ sano ꝛ circa mēbroꝝ ptib⁹ suis ꝯsimiliū cōplexionē ꝛ in mēbroꝝ cōpositiōe p̄ncipaliū cōsimilium porro suis ptib⁹ mēbroꝝ tēperātia ex tēperie est humoꝝ ꝛ instr̄aliū tēperis m̄broꝝ ex tēpie est māei ex q̄ fetus cōstituit̄ ꝛ ex v̄tutis bonitate informātis. Ex tēperie aūt organicoꝝ mēbroꝝ tēperātia fit actionū. Qꝺ cū ita sint reꝝ tēperies nāliū in corpe in humorib⁹ est: ꝛ i mēbris atq̄ȝ i actionib⁹. Si āt hoꝝ triū aliqꝺ a tēperātia cesserit hitudinē facit extra nālē. Et si quidē hūores a tēperātia discesserit cā fit morboꝝ. Si v̄o mēbra tēperātiā reliq̄rint morb⁹ accit. Qꝺ si actiōes a tēperātia cesserint accn̄tia sequunt̄. Iō ergo extranāles res tres sunt morb⁹ ꝛ morbos efficiētes cāe ac morbos q̄ sequūtur accidētia. ¶Differunt āt singula hec abinicē: q2 morb⁹ actiōi nocet nocumēto p̄mo nullo intermediāte: vt caloris in febrib⁹ nocumentū oibus actōib⁹ sine aliquo medio: queadmodū aq̄ in oculis visui p seipsam siue mediāte nocet. ꝛ apostema gutturis anhelitu ꝛ trāsglutiēdi actioni nō vtēs mediāte. Cāꝝum aūt nocumēta in actiōes p media fiūt aliquorū: vt febriū putredo. febrib⁹ nāq̄ȝ putredo cā est nec actioni p seipsaȝ obest imo caloris mediatiōe q̄ ab ea fit queādmodū ꝛ vngula parua q̄ in tunica est cornea ꝛ nōdū foramē opit visus p̄hibet spūm trāsmitti vidente libere p corneā tunicā. Nocet igitur visui p tunice cornee mediū: qm̄ nocumētū acciditvisui ex eo q̄ tunice factū est cornee nacumētū. Hec ergo lesa lesiōis visus cā facta est. ¶Accidēs autem actiōis nocumentū est ipsius qꝺ ex morbo fit: vt visus p̄hibitio ex aqua frigida que in oculo est. aq̄ etenī morbus ē p̄hibitio visus accidens. Eodē ēt mō iminutio digōnis ciboꝝ in febre. febris enī est morb⁹. digōnis paucitas ciboꝝ. morbi accidens. Morbus itaq̄ȝ actioni sine medio nocet: causa per mediū. Accidens actionis ipsius est nocumētuȝ morbū seq̄ns. Et nos primuȝ de morbus incipiemus ostendentes eoꝝ genera ꝛ species.

¶Capłz. ij. de morboꝝ generibus ꝛ specieb⁹ ꝛ primum de membroꝝ cōsimilium morbis.

Galienus ⁊ hypocras tradūt morbos fieri mēbroꝝ egressu in cōpositione sua a tēpātia nāli. Cōpositiōis āt mēbroꝝ tres sūt spēs. Pria ē mēbroꝝ ptib⁹ suꝫ cōsiliū ꝯpō ex hūorib⁹ hec cū eḡssa fuerit mēbra a tēperātia dr morb⁹ ꝯsiliū ptiū nomē etē illi denoiat ab illis in q̄b⁹ fit mēbris. Scda ē membroꝝ cōpositio instrūaliū ex ꝯsilib⁹ mēbris que cū a sua recedūt tēperātia in cōpositiōe organicus dr morb⁹. Tertia est toti⁹ corpis ꝯpositio ex istrūalib⁹ mēbris alioꝝ cū alijs ꝯtinuatione ⁊ hec si a tēperātia cedāt mēbra a ꝯpositione. s. ⁊ abinuicē separent. morb⁹ dr ꝯtinuationes separās aut disgregatio ꝯtinuationū. et est morb⁹ mēbris cōis organicis suisq ꝯsilib⁹ mēbris ptib⁹. Sūa itaq morboꝝ scđm visuz hec tria sunt gn̄s. s. morbi ꝯsiliū ptiū mēbri. et instrūalis morbi genus. Et genus morbi cōis tā ꝯsilibus suis ptib⁹ mēbris q̄ ipsis q̄z organicis ꝯtinuationū. s. sepatio. Morboꝝ aūt ptibus ꝯsiliū due sunt spēs: aut em̄ simplices sūt aut cōpositi. Et simplices morbi q̄tuor sūt calidus. s. fridus. humidus. siccus. ¶ Cōpositi q̄z eodē claudunt numero. aut em̄ calid⁹ ē et humid⁹. aut calid⁹ ⁊ sicc⁹. aut fridus ⁊ humidus: vel frigidus ⁊ sicc⁹. Simplices aūt sunt aut ex q̄litate sola puraq ⁊ mā vacua. aut certe cū mā. Et morb⁹ calid⁹ q̄ ex simplici fit q̄litate est ethica febris ⁊ q̄ diei vni⁹ ē: solis adustio caloreq q̄ ex labore accit. Calid⁹ aūt morbus q̄ cū mā fit ad aliqđ īfluēte mēbꝝ vt apā qđ ex sanguie fit ⁊ febris q̄ ex putredie accit siliaq. Morb⁹ vero fridus ex simplici veniēs q̄litate vt cōgelatio ⁊ spasm⁹ accn̄tes ei q̄ frig⁹ passus est imoderatū aeris aut niuis. Frigidus aūt morb⁹ q̄ cū mā fit vt palisis. epilepsia apoplexia silēsq ex flāticis fiunt chimis morbi. Egritudo vero sicca q̄ sine mā fit vt spasmus q̄ ex eūone accit ⁊ cōsumptionis morb⁹. Qui aūt siccus cū mā fit vt cācer. elephātia hmōiq alij ex siccis accidētes chimis morbi. Humid⁹ porro morb⁹ ex simplici veniēs q̄litate ⁊ sine mā vt hūiditas corpis eiusq enerua tio tumida. Morb⁹ aūt humid⁹ q̄ cū materia fit queadmodū hydropis q̄ ex humidis accit chimis. Cōposit⁹ aūt morb⁹ mā vacu⁹ nō erit. Morbi etem̄ cali⁹ ⁊ hūidi aduct⁹ ex sanguine fit apā. s. qđ flegmō vocat. Calid⁹ ⁊ sicc⁹ morbus ex colera fit rubea vt apā qđ herisipillaz dicim⁹. Frid⁹ porro ⁊ hūid⁹ ex flāte fit vt apā molle fridūq ⁊ siccum cola pit nigra q̄le est apā durum.

Ca. iij. ꝺ orgāicoꝝ mēbroꝝ morbꝭ.



Organicorū spēs morboꝝ quatuor sunt. Pria ē morb⁹ q̄ i figura fit mēbroꝝ ⁊ forma. Scđa q̄ i coꝝ q̄titate. Tertia ꝟo morbus q̄ mēbroꝝ accit numero. Quarta ꝟo q̄ in positiōe mēbroꝝ fit. Et morb⁹ qđ q̄ in figura fit forma scꝫ q̄nq hꝫ diuersitates. Prim⁹ est q̄ in figura fit mēbri vt capitis turpis ⁊ feda positio ⁊ cruriū curuitas. Scđs q̄ in cōcauitate fit mēbri vt iferiora pedis si oino extenuētur aut palmarū mediū si plenū fiat ⁊ nō conicū. Terti⁹ est qui in meatib⁹ fit morbus ⁊ traductiōibus cui⁹ due sunt spēs. Altera ē meatuū dilatatio vt venarū q̄ in ano sunt aptio ⁊ foraminis pupille extēsio. Altera ꝟo eoꝝ arctatio queadmodū ex oppssione accidit. aut opilatione. Et qui meatibus accidit morb⁹ nōnunq̄ in meatib⁹ fit ⁊ trāsitibus quoꝝ toti ē corpi cōis vtilitas q̄nq autem his q̄rū nō est omni cōis copis vtilitas. Si ergo in meatibus quibus non cōmunis fit vtilitas morbus accidit abinde vnus. Si autē in illis q̄rū in totū corpus cōfertur vtilitas siquidē opiletur opilatioq eius apostematis causa fiat: duo fiunt morbi apā nāq qđ i ipi⁹ ē sba morb⁹ ē opilo q̄z ⁊ ipa q̄ p apā i meatu fit morb⁹ ꝯputat. Et si opilo ex hūore fit viscoso q̄ meatib⁹ cōglutinat⁹ sit morb⁹ fit vn⁹ opilo. s. tm̄. Exēpli cā cōcaua vēa si opilet fitq ei⁹ opilatio apātis cā due fiunt illi egritudines cū due illi sint actiones. Altera quarum sanguinis est generatio quam apostema impedit altera est cibi transmissio ad omne corpus quam opilatio auertit ab apate facta. Si fit autem humoris causa opilatio qui ipsi inuiscetur vnus tantuz fit morb⁹. Quarta ē spēs morb⁹ q̄ in aspo fit explanatio. s. mēbri qđ asperū est natura queadmodū ossibus accidit ⁊ matrici cū explanant cum natura sint aspera. Quinta est que in lenitate fit asperitas cum in ea fuerit que leuia erant natura vt pulmonis canalium exasperatio quarum est natura planas esse. ¶ Morbus autez qui membri est in q̄titate duas hꝫ spēs. Altera est vt membꝝ magis q̄ oportet magnum fiat: queadmodum capiti accidit et lingue q̄ruz maior sit q̄ expedit q̄titas. Altera est cum ab eo quod opꝫ imminuitur vt capiti accidit ⁊ stomaco que minora q̄ expediat esse contingit. ¶ Morbus etiam qui in numero fit membroꝝ ⁊ ipse duplex: aut em̄ superabūdant. ⁊ hec supabūdantia aut est nālis vt digitus quando est adiectus: aut extra naturalis vt varices lumbrici ⁊ ascarides. lapidesq in vesica fiunt. Aut est imminutio que aut erit vniuersalis vt mēbri alicuius incisio: aut particularis vt si de digitis dactilis auferatur vnus. ¶ In positione autem membrorum morbus accidens duplex inuenitur vel loco aufertur suo omnino membrū vt est euulsio disgregatiōis anche ⁊ ruptura cum qua itestina ad testiū descendūt folliculū vel certe cōpticipātꝫ fac corruptionē vt labioꝝ vl digitoꝝ

Licinium aliud prioribus fortius. Sume boracis salis. altee. equalia pondera ꝛ cum melle spisse aut zaccara rubea spissata vt diximꝰ distempera. Et si robustiorib' opus est colloquintide adipis.s.pars admisceatur.

Licinium quod sanguinem stringit ani ꝛ tenasmo medetur. Sume mirre munde opij thuris masculi.lelgie.zafrani equales partes ꝛ cum coriandri aqua distemperans glandis informa filis appositis ꝛ sic sub impositis dimitte. quoniam tenasmoni plurimum confert.

Licinium aliud quod sanguinem ab ano stringit fluentem. Sume mirre.acatie.seminis iusquiami.gum-me arabice.risi fere siaci frixi equales partes medicamina hec adunans trita ꝛ cribrata cuz mirto viridi distẽpera vt expedit vtere.

¶ Capitulum decimumoctauum. Incipit tractatus de emplastris.



Emplastri coladichion assignatio citrine vtilis aque. Sume amomi spice.aroma. cardamomi. darsuli. seliche.thuris masculi.costi amari.piretri.masticis.machali glauci.carpobalsami.amoniaci.mirre. aloes.mihe.siseleos.aristol'.ro.meliloti ciperi.gaꝛ. radicis ireos. olei balsamini.cuiusqꝫ.ʒ.x.laudani.ʒ.et.s. botami gumme.cere albe.cuiusq̃.xxx. hec trita ꝛ cribrata adunans que liquefieri debent in oleo liquefac nardino ꝛ in mortario medicamina mitte percutiẽs simul donec ꝑfectũ fiat.

Emplastri mileti assignatio vtile hydropicis. Sume spice libram. mirre munde. ciperi. cardamomi. ireos radicũ cuiusq̃.℥.iij.ꝛ.s.costi amari. xiij. ʒ.hec omnia adunabis medicamina trita ꝛ cribrata atq̃ cum oleo distemperabis balsamino sufficienti. vase condens cum opus fuerit vteris.

Emplastri diaspermaton assignatio vtile stomaci ꝛ epatis debilitati. Sume apij seminis cardamomi ireos.radicis ciperi squille.ameos buraci. sumaci.amoniaci.anisi.helbe. botãi gume.cere albe cuiusq̃ sexᵗ.ij. baccaꝝ lauri.ʒ.iij. adipis vaccini. ratinegi.cuiusq̃.x.hec adunabis medicamina trita ꝛ cribrata ꝛ cum sansuci oleo. aut sumaci distemperans emplastruz confice.

Emplastrũ aliud vtile epatis dolorib' ꝛ vocatᵗ philargistõaciq̃ ꝑdest dolorib' ꝛ matricis eoꝝq̃ apatibus si emplastrizatũ mulier ptulerit. Sume zafrani anatis adipis cuiusq̃.ʒ.vj. machali. glauci masticis mihe.fluxe.assaq. aloes escotri.cuiusq̃.iiij.cere albe sexᵗ.xij.isopi viridis.ʒ. xv.sicca tere ꝛ cribra que oportet vino infundes rihano aut cõi aut vue passe cũ melle.reliqua in oleo liquefac nardino sufficienti ꝛ medicaminibus iniectis misce fortiter ꝛ vase condens cum fuerit opus vteris.

Estamaiconis emplᵗi assignatio vtilis stomaci ꝛ epatis si fuerint ex calido molestijs. Sume sandaloꝝ cuiusq̃.ʒ.iiij.rose rubee.v. meliloti.vj.zafrani.ij.cãphore.s.cere.x.olei rosarũ hieme lib.s.estate trientem ꝛ oĩa vt opꝫ cõficiens cum fuerit opus emplastriza.

Ceroti emplastrũ vtilis epatis calori ꝛ cordis stomaciq̃ in morbis acutis si pectori frigido ꝛ epati fuerit appositũ mitigat etenim calorem. Sume cere al

be.ʒ.iiij.olei violati et rosati cuiusque.ʒ.ij.ceram in oleis liquefac et refrigerari permitte. Hecque in mortario pone et aqua rosate aqua portulace vini aceti. aque sempuiue aqua coriandri viridis aqua intibe partes mixtas desuper istillabis cum opus fuerit paulatim cum pistello mouens donec optime misceatur et panno infuso lineo loco adhibe emplastrum.

Semperuiue emplastrum epatis calori et eius calidis apostematibus vtile. Sume viol. sicce exag.iiij. rose rubee. sempuiue recentis sandali albi.cuiusque.iiij. calami aroma.ij.camphore.ʒ.tritis et cribratis medicaminibus ceram albam in oleo liquefac rosarum ad sufficientiam et medicamina distemperans emplastrum fac.

Ficuum emplastrum splenis vtile duritiei Sume machali glauci. mirre munde.amoniaci.thuris equales partes et in vini liquefactis aceto percute.factoque in emplastro vtere.

Ficuum emplastrum splenis vtile duritiei. Sume machali.glauci.ʒ.ij. amoniaci.ʒ.farine fabe et orobi.cicerisque mellilotti.helebe.lini seminis.camomille.spice.farine termosi.cuiusque.5.ʒ.ficuum.xxiij.ʒ.hec medicamina trita et quam poteris cribrata aduna: sicut in vini aceto infundens et medicamina similiter misce oleique camomille et pigani quod sufficit: et cum opus fuerit facto vtaris emplastro.

Emplastri assignatio ioannis puero cuidam cui in splene erat apostema et durities. Sume ficuum nigrarum vini infusarum aceto die et nocte tritarumque.ʒ.l.costi marini vel amari triti et cribrati.iiij.amigdal. expillatarum tritarumque.x.corticum radicum cappar. diligenter tritorum et cribratorum.iij.misce omnia hec et in oleo cheiri sufficienti ceraque liquefacta confunde et splenis applica loco cum panno tempore quo cibo venter est vacuus et post duas auferes horas: laudabilique aqua in qua camomillam carnibusque coxeris et oleo inunges cheiri. Oportebit autem apponere prius cataplasma quam emplastro vtaris quam proderit. Sume asene.ʒ.v.corticum radicum capparis.iij.pigani sicci. tricentem eorum buraci.ʒ.hec coques fortiter in vini aceto et locum cataplasmabis cum frusto epatis mane et vespere stomaco tamen vacuo cibis.

Aliud. Assacum in aceto dissolue vini et diu simul percusso vtere.

Emplastri assignatio ventris solutioni. Sume mirre munde.ʒ.acatie.hezazi.candari.masticis. zafrani sumaci.cuiusque.ij.paximatis.v.florum adechari et vitis.aut foliorum hesse mirti granorum et florum eius cuiusque sextarios.ij.rose rubee sexta.camphore exag.5.omnia hec trita et cribrata medicamina cum aqua mirti distempera viridis et citoniorum et modico rosarum oleo et masticino: cumque fuerit opus vteris.

Emplastri assignatio quod ventrem concludit stomacum confortat et est ioannis. Sume laudani.mirre.rameci.cuiusque.ʒ.x.sandalorum. tantumdem. salis.quinque.rose trite.xx.succi hypoquistidos. iiij.hec medicamina trita et cribrata cum mirti aqua et liliorum distempera pannoque cataplasmans lineo super ventrem pones a pectoralis termino vsque pecten cum vacuus cibis fuerit stomacus.

Emplastri alius ad ventrem solutionem assignatio. Sume laudani.ʒ.acatie semis cere.ʒ.ij.ceram in oleo liquefac mirtino quo medicamina quant distemperari mittentesque in mortarium cum pistello percute et omnibus diligenter mixtis vtere.

Emplastrum solutioni et vomitui.absinthij masticis cuiusque.ʒ.aloes.iij.trita hec diligenter cum citoniorum aqua distempera et rosarum vtereque.

Aliud emplastrum vtilis solutioni ventris et stomaci eneruationi. Sume paximatis infusi siropo liliorum aut vino rihano aut citoniorum aque.pomorum ve aut mirti quantum vis sumas quoque absinthij greci aloes epatici.laudani.calami. aromatici conditi cuiusque ʒ.ij.mirre munde masticis.cuiusque.iiij.acatie ezazini rose rubee purgate zafrani cuiusque. v.cere albe.ʒ.iij.xiloaloes.ʒ.medicamina hec trita adunabis. et cribrata ceramque in oleo liquefacies nardino sufficienti et iniectis in mortario medicaminibus fortiter percute donec completum sit et vase condens cum fuerit opus vteris.

Emplastrum hidropicis et corpori frigiditati. Sume nusaderi.mellilotti.asene amomi.foliorum lauri.squille.seminis apij.anisi feniculi.ireos radicis.ciperi. zafrani.xiloaloes cassie. thuris. mthe.mirre. cuiusque.ʒ.cere albe libram.mellis dispumati. anatis adipis.olei pinearum.iausiri.ʒ.xxx.hec adunabis trita et cribrata medicamina queque expedit in vino funde rihano . aut communi reliqua vt decet oleo liquefacies pinearum et in mortario simul medicamina iacies percutiesque cum pistello donec compleatur.vase condens cum fuerit opus vteris. ¶ Si autem desiccatum fuerit et aruerit atque vt molle fiat necesse habes misce quod condecet adipis anatis aut galline et vtere.

Emplastrum eneruationi et titillationi vtile. Sulphuris fimi vaccini.helbe partes equales terrecum caulis aqua distemperans vtere.

Emplastri olei sisami assignatio vtilis doloribus et duris stomachi apatibus. Sume mihe. ʒ. olei sisami coclear et instilla parum aque suauis. bisque bulliri facias. post hec helbe. lini seminum tritorum et cribratorum cuiusque. ʒ. v. addes paulatim: et facto vteris emplastro.

Emplastrum quod furunculos maturat et erumpere facit. Sume fermenti partes. iij. buraci. salis. fimi columbi. fimi gallorum cuiusque partem. tritaque et cribrata hec cum oleo oliuarum distempera et appone.

Emplastrum aliud quod apata rumpere cogit. Ficus siccas in aqua coque et tritis in mortario addes boraci modicum: et cum oliuarum oleo sisamique et butyro distemperatum vteris.

Emplastrum scrophulis vtile picis nebatice caulis radicis combuste. partes sume. et pice liquefacta radicis puluerem iniice. mixtisque simul diligenter vteris.

Emplastrum ad furunculos. helbe. lini seminis. cuiusque. ʒ. x. cere albe. xx. mihe fluxe. iiij. ceram in sufficienti oleo liquefac iesemino: medicaminaque cum miha: ifice et sic super oleum et ceram inieceris: diligenterque mixtis fac emplastrum.

Emplastri assignatio pleureticis. Sume violarum siccarum furfuris heneri. ordei farine alteeque cribrata rum: farine fabe. camomille. melliloti. partes et cera in violarum oleo aut sisami liquefacta distempera et patientis emplastriza latus. Quod si tardesit maturationis materia refrigidatum appone quoniam prodest.

Emplastrum percussionis dolori quod super epatis cecidit partes et compressioni. Sume merdaiferemi. xilo aloes pure baccarum lauri zafrani calami aromatici mirre, munde. cuiusque. ʒ. ij. hec adunabis trita et cribrata cereque albe. ʒ. x. in sufficienti iesemini oleo liquefactis simul omnia percuties: et optime mixta vase condes. suo tempore fruiturus.

Emplastri assignatio mescationis vtilis stomachi et epatis debilitati. Sume mescationis. xiloaloes pure mihe fluxe masticis absinthij. zafrani cuiusque. ʒ. ss. aloes mirre. calami aromatici. derire cuiusque. ʒ. sumaci. rameci cuiusque. viij. his adunatis medicaminibus tritis et cribratis. ʒ. cere. xx. in tribus sexti. olei iesemini. olei autem rosarum et camomille cuiusque. sext. v. medicamina simul inijcies et in mortario fortiter percussa vase condens vsui reserua.

Emplastrum quod pregnantium stringit menstrua mulierum. Sume lenticule excoriate cortic. granati. galle berberis equales partes et trita diligenter cum vini bone sube aceto distempera et vulnam hoc et penis emplastrizabis partes.

Emplastrum furunculis vtile matric. Sume lini seminis helbe cuiusque. ʒ. x. melliloti. xvj. zafrani. ij. sanderusi. albi machali glauci cuiusque. vij. assaqui sextarios. vj. cere albe sext. hec adunabis trita et cribrata sed que oportet in oleo liquefacies nardino et liliorum henneque equaliter sumptis quantum necesse videbitur. sicque medicamina simul cum his in mortarium mittens percuties pistello donec compleatur et vsui recondes.

Emplastrum apatibus veretri vtile. Sume ordei farine sandali albi equalia pondera et trita distempera cum caquenegi aqua oleoque rosarum et vini aceto ac oui vitello fortiterque percussis simul factum veretro adhibe emplastrum.

Emplastri assignatio quod solidis veretri vtile est apatibus. Sume vnc passe optime purgate renum capre adipis. fabe expilate et elixate. olei rosarum partes equales apdieque cum oleo dissoluto. reliqua adde trita et fortiter in mortario percute. nonnunquam oui adiungit vitellum et sic emplizet.

Emplastri assignatio vtilis veretrorum duritiei et apati vesice: eneruationique membrorum. Sume masticis quadrantem libre medulle vaccini cruris cere albe. olei rosarum cuiusque. ʒ. xviij. masticem contritam reliquis adde medicaminibus et in oleo omnibus liquefactis rosarum cum fuerit opus vtaris.

Emplastrum podagre et artetico dolori. Sume sandali albi mugathi. altee. semis psilij. farie orobi. scurentani albi violarum siccarum partes sumes et tritas cribra atque cum sisami oleo distemperans modicoque vini aceto quasi vnguentum fac et super pedem pone.

Emplastrum podagre. Sume susani. altee. semis psilij. farie ordei scureingi rosati olei partes et oui vitellum adunatisque sic mixtis diligenter vtere.

Emplastrum podagricis aliud. Sume mirre. costi aloe. carnibi. nebatici adusti. equales partes adunatisque omnibus tritis et cribratis cum vino aceti distemperans emplastriza.

Emplastrum quod si super stomachi ponas os vomitum vrget. Si super vmbilicum inferius laxat si super pectenvrinam prouocat. Sume aterengi cucumeris agrestis cuiusque exag. iij. ellebori albi. mardasenegi. cuiusque. ʒ. iiij. zirbi. caprarum. v. fec. olei. x. exag. ceram sufficienter in olei liquefac amurca. et trita reliqua miscebis medicamina panumque cataplans appone

Emplastrū vtile rupture supplani ventris ꝛ neruorū. Sume masticis corticū candari. cipressi nucis ꝛ foliorum eius sarcocolle piscis colle. aserasi. corticum glandis interiorum partes equales ꝛ tritam adunans colamꝙ invini liquefac aceto ꝛ simul medicamina distemperans pannū cataplasma et emplastrizans cum coriorum freno stringe.

Emplastrū aliud rupture. Sume sarcocolle mirre suma ci. sadegi. acatie nucis cypressi cuiusꝙ. ℨ. ꝛ. 5. marchasite. sulphuris magnetis sebbi. iemenici. thurꝭ masculi. coclearū cuiusꝙ. ℨ. cere libras iij. cerā in oleo liquefac mirtino ꝛ medicamia simul misce ac emplastriza.

Emplastrū perutereon perutile faciei contorsioni ꝛ paralisi. oculorū doloribus ꝛ temporū emicraneo ꝛ dentiū molestijs: fluxus a coleris prohibet super tempora positum: vrinam prouocat vesice applicatū percussioni prodest scorpionū si super locum ponatur: apostematibus membrorum si super ventrem ponatur vel extendat. Sūe fimi colūbarū. ʒ. ij. oliue olei. xl. cere x. ratinegi. iij. cera ꝛ ratinego liquefactis fimū iniȷce columbinum tritum ꝯmouebisꝙ donec perficiat ꝛ vase condēs cū fuerit opus vtaris.

Emplastrum racture vtile ꝛ cōcussioni ac debilitati. Sume mugathi terre armenice cuiusꝙ. ʒ. xx. mirre altee. cuiusꝙ. xx. acatie. v. adunata hec ꝛ trita diligēter medicamia cū aqua ꝛ oui vitello distempera vtereꝙ.

Emplastrū aliud ꝯsolidationi mugathi. terre armenice. altee marsi. aloes cuiusꝙ partē sebbi. raseni pentafili. corticū cādari secci. zafrani cuiusꝙ partē. 5. trita diligēter distēpera cū mirti aqua ꝛ cū panno emplastriza.

Emplastrū debilitati ꝛ euulsioni. merasi. ʒ. xx. laudāi terre armenice cuiusꝙ. x. zafrani. iij. secci. exag. ij. acatie exag. distēpera cū mirti rosarū cipressiꝙ aq̄. Et si locus fuerit neruosus hoꝝ loco liliorū pone oleū aut narcisci ꝛ vinum olarum.

Emplastrū aliud mugathi. terre armenice cuiusꝙ partes aloes mirre munde cuiusꝙ quadrantē. teres oia diligēter ꝛ cribra ꝛ cū aqua distempera.

Emplastrū qđ neruoꝝ mollit grossitiē sisami expilati. ʒ. xx. tere oia diligēter ꝛ cū sansuci folijs misce viridis tritis. ʒ. ponēs. v. ꝛ cū pāno appone.

Emplastrū qđ neruoꝝ ꝓdest nodationi. Sūe machali glauci. ʒ. x. ꝛ tūsas aq̄ īsunde calīa ꝯtereꝙ ꝛ adijce. ʒ. x. cathemie radicis trite ꝛ subtilit̄ cribrate distēperansꝙ cū violaꝝ robo locū emplīza.

Emplastrum spasmo vtile cere adipis porcini et gallinacei medulle cruris vaccini caude anetꝭ ptes tolle eq̄les ꝛ oia simul liq̄faciēs. amilum adijce tritū fortiterꝙ ꝛ diu mixtis ēplastriza.

Medullarum emollitiōis assignatio neruorū vtilis spasmo. Sūe machali. ℨ. gallie apidis ꝛ anatꝭ medulle cruris vaccini cuiusꝙ. lib. 5. machalū ī sufficiētī aq̄ dissolue calīa ꝛ adipibꝰ inijce liq̄factis in mortario diuꝙ tere ꝛ vtaris.

Emplastrum emissiōes molliēs neruoꝝ serapini. ʒ. iij. castorei. ij. euforbij. ʒ. ꝛ. 5. machali. iiij. gūmas in aq̄ infunde calida ꝛ cere. ʒ. xv. in olei zēbaci. ℨ. tribꝰ liq̄fac olaꝙ in mortario misce ꝛ vtere.

¶ Caplm. xix. incipit tractatus de oleis.



Olei nardini assignatio vtile doloribus epatis ꝛ stomaci. colice. ventris frigiditati bibitum aut emplastrizatū: aut clisterizatū mēbrorūꝙ frigiditati si eo liniant matricū dolorībꝰ si mulieri subijciat aut subponatur auriū dolorībꝰ si instilleŧ. cephalee ꝛ emicraneo si naribꝰ instilleŧ ꝛ q̄ vesice accit eneruationi si ꝑ virgā iniȷciaŧ. Sume calami aromatici. ciperi foliorū lauri carpobalsami. malabatri. rasci. sabeheli adechari folioꝝ mirti cardamōi. squille sansuci cuiusꝙ. ℨ. ij. hᶜ medicamia in olla pones recēti mediocriter trita ꝛ supinfunde vinū cōe: aut vue passe cū melle aquāꝙ suauē ꝗtū necesse erit q̄. s. medicamia infundāt oia oleiꝙ sisami cados. v. ꝛ ē in cado lib. ꝛ. 5. h in vase coq̄s. stagnato aut lebete alternis cōmouēs horis moderato igne hocꝙ ꝑ horas tpis. vj. ꝛ sic igne deponēs refrigerari sines excolabisꝙ oleū ab aq̄ ꝛ medicamibꝰ. pꝰ hec sume rose rubee optīe purgate aq̄ mirti viridis cuiusꝙ. ʒ. iij. amōi. ℨ. ij. medicamia hᶜ mediocrit̄ trita pōe in olla ꝛ vio supīfunde rihāo aut cōi aut vue passe cū mlle aq̄ꝙ suaui ad sufficientiā. aut oleū a pria colatū decoctiōe lētoꝙ coq̄s igne horis tribꝰ cōmouēs. ꝛ depositū refrigidari sines ꝛ a medicamibꝰ oleū excolabis. De hinc vero sumes spice. gaŕ. mihe fluxe cuiusꝙ. ℨ. iij. nucꝭ muscate. v. olī balsami vi. Medicamia terens mediocriter aq̄ infundes suaui qđ sufficiat: lētūꝙ adhibebis donec bulliat ignē. sicꝙ oleū īfundēs balsaminū ꝛ mihā coque. cōmouebisꝙ vsꝙ dū cōpleaŧ: ꝛ coq̄s vsꝙ dum aqua defecit superstite sicꝙ ab igne depositum excola: ꝛ cū fuerit opus vteris.

Costini olei assignatio priori fortioris stomaci ꝛ epatis dolorībꝰ ac frigiditati vtilis: disgregationisꝙ frigiditati. ꝛ eneruationi. Sume gaŕ. calami aromatici

spice aromatic. sadegi indici mihe fluxe lilioꝝ radicis. cinami. asene. costi. cuiusq; ʒ. ij. rasani seliche. cuiusq; ʒ. j. medicamina sicca mediocriter teres ⁊ aq̄ ifundes suaui die ⁊ nocte: ⁊ instillabis olei sisami menas duas. aq̄ suauis menā. moderatoq; coq̄s igne a diei p̄ncipio vsq; finē. habeas aūt aquā calidā in cacabo paratā: ⁊ cū medicamibus defecerit supplebis ex ea: ⁊ lēto tēperatoq; coq̄s igne donec aq̄ deficiat oleo supstite: tunc igne depositū refrigerari sines: vaseq; cōdes celato. Instillabis aūt ⁊ duas alias menas olei sisami super medicamina ⁊ quemadmodum vt in primo dictū est coques depositūq; igne ⁊ refrigeratum colabis: ⁊ cum priori miscebis.

Olei mirtini assignatio quod vtile est capitis caloribus: ipsumq; spissat ⁊ cōfortat. Sume olei sisami lib. iiij. ⁊. 5. foliorum mirti viridis. xxiiij. lib. tritorum ⁊ in vino infusorum cōi aut vue passe ⁊ mellis. ʒ. j. die ⁊ nocte in olla pone ⁊ coques igne lēto dōec aqua deficiente supersit oleū. Et si colare volueris illud: adde mirti aquam expressam: ⁊ coctum igne depone: cumq; refrigeratū fuerit colatū vase conde.

Olei mihe assignatio vtilis disgregationū doloribꝰ. mēbra calefacit frigida ⁊ vesicam: renesq; ⁊ apostemata dissoluit dura. Sume olei sisami cadum vnū mihe fluxe. vntias. iij. ⁊ lento coques igne: donec oleum vim assumpserit storacis: sicq; igne depositū cola ⁊ reconde.

Olei camomille assignatio vtilis. Sume olei sisami librā. ⁊. 5. appone helbe. foliorumq; camomille in vmbra siccatorum cuiusq; ʒ. ij. ⁊ in vase positis his vitreo ad solem pones eruntq; in eo. xl. diebus sicq; colato vteris.

Olei absinthij assignatio quod calefacit ⁊ membra confortat frigida. Sume olei sisami menas. ij. oculorum absinthij. ʒ. et in vase posita vitreo. aut fictili alio ad solē. xl. pones diebus colatumq; condes ⁊ vteris.

Olei masticis assignatio stōaci vtilis debilitati. Sume olei sisami lib. iij. masticis. ʒ. vj. ⁊ lento coque in vase stagnato. donec masticem omnino in oleo liquefeceris sicq; igne depositū refrigerabis ⁊ condito vtere.

Olei hesqui assignatio ilijs eorumq; doloribus ac renum vtilis. Sume zinziberis. ʒ. iiij. hesqui tunsi. x. olei sisami phialā aq̄ suauis. xv. phialas. in olla coq̄s mūda lēto ⁊ moderato igne dōec aq̄ deficiat oleo supstite. sicq; depositū colabis. clisterizabisq; añ ⁊ retro cū iniectorio p̄ge imisso. Et si eo pēnis cōfinia. linieris vrine soluet difficultatem.

Olei anetini assignatio angustijs que ex labore fiunt vtilis. Sume olei sisami cadum. i. seminis sebbeti. ʒ. ⁊ in phiala pone atq; in sole. xl. permitte diebus. colatoq; vtere.

Olei seliche assignatio. Sume seliche costi. carpobalsami. ʒ. zafrāi masticis. cuiusq; ʒ. gariofilorum cinami. cuiusq; ʒ. 5. hec adunabis mediocriter trita medicamina ⁊ in vase pones vitreo. olei infundes sisami. libram. ⁊. 5. addesq; simul liliorum flores purgatorum numero. xxx. ⁊ in vmbra iocundi loco aeris depones. donec oleum cum medicaminibus fermentetur ⁊ eorū attrahe odores sicq; colato cum fuerit opus vteris oleo.

Olei pigani assignatio vtilis renum frigiditati ⁊ vesice dorsi ⁊ matricis enernationi. prodest neruorum ⁊ laterum doloribus. Sume olei sisami libras. iiij. ⁊. 5. foliorū pigani recentis. ʒ. iiij. aque suauis. lib. ⁊. 5. lentoq; igne in vase conde mundo donec oleo superstite aqua defecerit sicq; ab igne deposito refrigera ⁊ colato vtere.

Serpentum olei assignatio vtilis petigini et stomaci eneruationi. Sume olei sisami. libr. iiij. ⁊. 5. ⁊ in vase cōde fictili in quo serpentes sunt nigre ab quinq; vsq; a decem vasisq; opilato capite. lento quoq; igne. donec serpentiū caro a spinis separetur. sicq; deponens igne cum paululum fuerit refrigeratum vas aperi. sed eius caueas vapores et cum refrigeratum omnino fuerit ⁊ vapores exalati. colabis ⁊ vase condens cum fuerit opus in vmbra vteris solem cauens petiginemq; cū penna illinies.

Olei darsisahani assignatio vtilis ventris solutioni et stomaci debilitati. Sume darsisahani. vncias. vj. cassie. viij. xilocassie costi. cuiusq; iiij. calami aromatici. duas mediocriter teres in olei sisami. cadis quinq; coque optime ⁊ colato vtere.

Olei malquilat assignatio vtilis neruorum eneruationi paralisi faciei contorsioni colice. frigidisq; morbis ⁊ est oleū indicū sūe. selli. felli. belli. acori. malabatri. rasani pipis lōg. iouzeloai oloxali ireos radicis. seminis fenicu. mirre zerembadi darunegi. cuiusq; ʒ. x. tere mediocriter ⁊ in olla pone munda ⁊ adde olei sisami mennam. lactis dulcis aqua suauis cuiusq; duas ⁊ in vase coque stagnato donec aqua deficiatur ⁊ lac. superstite oleo et ab igne deponēs cū refrigeratum fuerit vtere.

Olei caquelenegi assignatio colice vtilis faciei contorsioni ⁊ paralisi stomaci doloribus ⁊ disgregationū podagre neruoꝝ eneruatiōi hydropisi. ⁊ omnibus ex frigido doloribꝰ. Sume mirob. kebl. ⁊ idi bellerici. emblici. firē

blici purgati cuiusq3.5.x.pipis nigri z lõgi.33. cuiusq3.vi.opoponac.serapini.ammoniaci cuiusq3.v.turbit sextar.iiij.hesqui viridis carnibi.nebatici.pigani viridis cuiusq3 fasciculum hec adunabis medicamina tũsa z in olla postis munda.xxiiij.lb.aqua suauis infundes lẽtoq3 coques igne donec supsit medietas hanc igne deponens cum refrigerata fuerit aqua. medicaminib⁹ excolabi z additis olei charue mẽnis.iiij. iterum in olla z ad ignem pones. cũq3 oleo supstite aqua defecerit depones refrigeratũ colabis z vase condes addunt medicoꝝ quidã liquiritie radicũ rase z tũse sextarios.ij.sitaregi indici.ʒ.iiij. z carcharahani cuiusq3 duas.

Olei satahe assignatio vtilis stomaci et epatis frigiditati paralisi faciei cõtorsioni.omnibusq3 frigidis morbis z tremori cordis. Sume olei rosaruʒ z zebaci z narcisci cuiusq3 libram atq3 in vase pones vitreo cum xiloaloes z cãphora per mensem vaporabis tunc sume muscate.besbase.cuiusq3 quadrantem vntie. mihe'fluxue. sicce. herbue. cacale. fahaxe cubebe.gariofili.spice.rose rubee.sandaluʒ cuiusq3.5.ʒ. xiloaloes vtriusq3.ij.ʒ.secci.galle cuiusq3 exagia.x.hec adunabis medicamina z diligẽter trita panno cribrabis subtili z in phiala pones cum oleoꝝ parata vaporatoꝝ distẽperabis z per mensem vaporabis cum.xiloaloes vntijs duabus cãphore exagijs duob⁹ dehic sume ambre exagia duo.musci tria.camphore vnũ dissoluesq3 ambrã z muscũ.aut teres z cãphorã super aliquod pone duꝝ.tereq3 donec oĩa simul mixta sint.sicq3 in phialã oĩa repones z residuũ qđ superest addes. cũq3 op⁹ fuerit vteris.

Oleum qđ capillos spissat z incõmoda ab eis arcet.Sume malabatri amomi.galle,costi.cuiusq3.ʒ.iij.laudãi zafrãi cuiusq3.ʒ.olei onfacini cadum.j.vini cõis.ij. medicamina tundes paulatim z mediocriter z in vinũ mittes sicq3 oleo superstite vinũ deficiat.coques z ab igne depositũ colabis vaseq3 condens vteris.

Olei assignatio qđ;emorroidib⁹vtilimuʒ est oĩbusq3 ex frigido morbis bibitũ antillinitũ. Sume machali.glauci.ciperi. folioꝝ mirti.sansuci.semis hermeli. granorũ viridiũ.granoꝝ charue.rute.asene.aneti mellis dispumati.butyri vaccini. olei iesemini et naste albe.aretici.catrãi.olei laurini.olei charue.focrite cuiusq3.ʒ.x.mihe.amoniaci. seq̃bi negi.opopõac.opij.polipodij.carpobalsami. amigdalaꝝ amaraꝝ purgataꝝ.ellebori albi. sitaregi indi. cuiusq3.vj.gariofili.nucis muscate.galãge.cinamomi.beladari.brigdari.castorei,cuiusq3.ij. semis iusqami.;thuris masculi. siselei semen porri. fusali.suniʒ.semis eruce. ameos costi folioꝝ lauri.cuiusq3.v.oliuarum olei.vj.lib.aque suauis.x.medicamina tunsa aquãq3 z oleũ in vas mittes mũdũ z moderato coq̃s igne donec oleo supstite aqua defecerit.sicq3 depões cũ refrigeratũ fuerit colabis z vase condito cũ fuerit opus vteris.

¶Capit.xx. Incipit tractatus de syropis.



Syropi lilioꝝ assignatio.vtilis stomaci debilitati. et epatis ex frigiditate z sincopi que ex imoderata fit euacuatione,vomituiq3 z sanguinis emissiõi.z cordis debilitati. Sume floꝝ lilioꝝ cũ aperti sũt optime purgatoruʒ ablatoq3 croceo qđ intus stat q̃drigentes flores z sup pannũ extẽde mũdũ die z nocte in vmbra. atq3 in loco mundo donec siccent.tunc sume costi. gariofil. calami aromatici cuiusq3.ʒ.ij. salis andrani selische cuiusq3.iij.amomi.spic.aromati.masticis cuiusq3.ʒ.carpobalsami.iiij. hec mediocriter trita in phialã excuties mũdã. aut sume stratũ lilioꝝ z stratũ medicaminũ.sicq3 die pmittes z nocte quo formenť medicamina die antẽ scđo vini optimi aut cõmunis veteris z clari instillabis.lib.xvj.z sumes zafrani.5.ʒ.secci exagia.ij.z trita supmittes medicamina ifundesq3 mihe fluxe.ʒ.iiij.opobalsami.ʒ.z p horã phialã dimittes discooptã capite z cartam suppones mũdã atq3 desup pãnũ lineũ z terra cataplasmabis argillosa.distẽpera cũ fursure ordei z capraꝝ fimo sicq3 in vmbra loco pones boreali mẽsibus sex z deinceps vteris.

Siropi atterengi assignatio vtilis stomaci debilitati.z cordi tremori.Sume citri folioꝝ solidoꝝ recentiũq3 z pulile extẽso cũ panno folia.l.z vini infunde clari veterisq3 aut communis cados.vj.sintq3 in cado.ʒ.xx.in vtre ponas mundo diebus.ix. sicq3 excolabis a folijs z addes mellis dispumati cadum fortiterq3 percutiens in vase pones vitreo cũq3 fuerit op⁹ post.iij.dies vteris.

Pomorum siropi assignatio quod stomacum confortat. Sume pomorum bone et suauis substantie intus et extra purgatorum tritorumq3 diligenter libras.v.et mellis adde dispumati aut zaccare tabarzedi libras q̃uq3 teresq3 donec optime misceantur. Tunc addes.xxj.partes aque pluuialis z fortiter mixta in optima pone phiala aut competenti vase opilatoq3 eius capite ad solem per mensem dimittes: colatoq3 vteris. Et si iocundum fieri vis adde musci.ʒ. xiloaloes. tres secci.masticis.cuiusq3 duas trita hec diligenter et dissoluta miscebis. Utilius autem sumitur syropus hic ex pomis syris espahanicis.

Mibe assignatio et est citoniorum syropus utilis stomaci et epatis debilitati. solutioni. subuersioni vomitui et siti aut singultationi. Sume citonia accida et suauis multique succi intus et extra purgata et in mortario terens aquam exprime. sumeque huius aq mēnas. xxx. colate. Sumes etiam vini clari optime substantie aut cōmunis. xv. et in eo purgamenta citoniorum a quibus expressa est aqua die et nocte infundes. et sic exprimes vinū hec colabis et addita citoniorum aqua modica exprimes et colabis aquā: sicque omnia simul ponens in vase coques mundo lento igne dōec deficiat medietas et eius auferes spumaz post hec cuz arctissimo colabis panno: et qd excolaueris in olla iterum pones et addes zinziberis masticis. cuiusque. ʒ. ij. brichali cacale magne. et parue cinnamomi cuiusque. iiij. gariofili iij. mediocriter tritorum. zafrani minime triti. iiij. hec medicamina in panno pones subtilissimo: sed forti fortiterque ligato et in vase suspendens lento coque igne et pannum cū medicaminibus alternatim fricabis et fundum commouebis vasis: cumque coctum fuerit igne depōes et colatum in phiala pones: sumesque musci triti. ʒ. ij. et cum modico fricatum vino aut mihe decoctione inijce et misce: abstracto que simulque in quo medicamina fuerant ligata panno suspende. et dehinc educto vteris.

Siropi mirti assignatio vtilis stomaci debilitationi et ventris fluxui. Sume granorum mirti recentiū et tunsoruz partē et vini supfunde pontici et parum asperi cadum diebusque. vij. sic dimittēs cola: et in vitreo posito vase vtere.

Siropi romanorum assignatio qui cum menta fit. Sume granata muza et dulcia simul exterioribusque ablatis corticibus cum adipibus tere et exprime: corumque aquā excola. hanc donec sola superstit medietas coque et inijce mente fasciculum et super quāque librā aque immittes zaccare tabarzedi librā sicque in olla posita mūda coques lenes ad prunas quousque supsit mediū ignēque deposito et colato vteris.

Mibe simplicis assignatio quam Haliennus composuit calide dominis complexionis et quibus ad cibum debilis est appetitus. quique cibos nō digerit: et in quorum stomaco et epate calida dominatur complexio: vel ad quaruz stomacū colere defluūt. Sume citonia magna iocūda odore: intus et extra purgata. terensque exprime lib. iij. aque et admisce mellis optimi tantundē: sed si mellis pōere loco zaccarā volueris fiat: addeque acerrimi aceti lib. ij. et quadrantez et super prunas lenes parum coque spumam auferens vsque quo fuerit sublata: dōec ad mellis redeat spissitudinē sicque vteris frigida. Cui aūt in stomaco et epate frigus dominatur addes zinziberis albi. ij. hac quoque in habitudine iocundū est xiloaloe. secum masticem. similiaque apponere: bibentur huius exagia. iij. vsque. vj. ante cibum: et si dormituro tantumdem dederis prodest.

Squingibin zaccarei assignatio vtilis febribus opilationi siti. stomacūque a flegmate elimat. Sume aceti vini optimi veteris et clari lib. x. et aq suauis inijce et clare. que eius possit acumen frangere acciditatemque fm eius acerbitatis quātitatem tunc appones corticum radicum apij et feniculi. cuiusque. ʒ. vij. seminū apij anisi feniculi. cuiusque. ij. die et nocte ifundes et post hec coques lēto igne donec sexta deficiat. sicque igne depositum cum refrigeratum fuerit cola: et cuique aceti decocti parti partes inijce ij. zaccare. et cum moderato ad sufficientiam coxeris igne depones. refrigeratum colabis et vteris. Si autem cum melle volueris facere addes cuique parti aceti mellis. ij. et. 5. Sed si zafranum apponere volueris minime triti. ʒ. iij. in panno ligatuz pone in olla quo bullit tempore et confrica.

Iuleb assignatio colere rubee febribus vtilis sicque et stomaci ac epatis caloribus. Sume zaccare tabarzedi menas. x. atque in lapidea ponens olla vel cacabo stagnato et mūdo lento coque igne spumā auferens paulatim: et cū spumā oino abstuleris rosarum aque libras. ij. instilla optime et lenes ad prunas coques donec spissetur cūque refrigeratū fuerit cola et vase condito vtaris.

Squingibin citoniatici assignatio. Sume citoniorum hespahanicorum optimorū et odoris iocundi ptem zaccare partem aceti quadrantez et lento coque igne donec vt mel spissum fiat cum refrigeratū fuerit vase condes et cū fuerit opus vteris ab. ʒ. vsque. ij. et qui cuz melle facere voluerit poterit.

Iuleb assignatio et est rosarum siropuz febri. siti stomaci ardoris vtilis naturam emollit. Sume rose optime intus et extra purgate librā. et in cacabo pone mundo et infundes aque libras. x. lētoque bulliēs igne spumā tolles paulatim quousque spissum fiat vt est iuleb. sicque igne deponens cum refrigeratum fuerit colato vteris. Et si hoc naturaz mollire vis. rosas semel bullies et collabis. iterumque in ollam missis addes rosas scđario et cum fortiter coxeris colabis iterumque in olla missa addes rosas tertio bulliesque et vsque quinquies rosas appones vel amplius quoniam quāto pluribus repones vicibus tanto amplius soluet. fortiusque vt autem sic aquā cōposueris addes

addes cuiqz parti in qua rose decocte sunt aq̃ zaccare partes.ij.et coques. spumãqz tolles. sicqz vase cõdens cũ fuerit opus vtere.ʒ.iiij. cũ squingibin duabus et aq̃ frigida laxat.enĩz.

Violarum syropi assignatio. Sume viole recentis optie purgate pondus et aqua quadruplũ adde. bulliesqz fortiter et colabis et super quãqz aq̃ librã zaccare menã proijcies.lentoqz coques igne spumã auferẽs.cũqz spissatũ fuerit depo nens igne vteris.

Zaccare syropi assignatio vtilis fleg matis humiditati et quibus fri gida est cõplexio.Sume zinziberis.cinnamo mi.cuiusqz.ʒ.v.heili.cacale. cuiusqz.ij.gar.ʒ. pigmenta tere et in vase pone.infundesqz aq̃ lib.vij.coque donec quatuor supersint et cum lineo stricto colabis panno. tũc imittes zacca re tabarzedi.lib.xij.et.5.lib.menas.v.lenes ad prunas coquens spumã auferes et dissolues in eo.ʒ.zafrani.cũqz spissum fuerit depones. et refrigerato vaseqz condito vteris.

Syropus mellis stomacum calefa ciens et epar.Sume apũ mell'.lib.x.spice mastiĉ.cinnamomi. cacale. xi loaloes.heili. nucis muscate. darfulfuli.ʒ.ij. garioñ.ʒ.tere mediocriter et in cacabo pones. infundesqz aque suauis.lib.s.et coques donec ad.iiij.deficiant.has cũ stricto colabis pãno. et superfundes zaccarã aut mel.bulliẽsqz pau latim spumã auferens donec spissum fiat. et depositũ ab igne refrigeratumqz colabis et vase condito vteris.

Nenifar syrop.assignatio.cholere do minanti vtilis sitiqz et stoma ci debilitati vomituiqz cholerico.Sume aque nenifar.lib.x.et in lebetẽ mittes. moderatoqz coques igne donec mediũ defecerit. sicqz.v. addes zaccare tabarzedi menas et iterũ spu mã auferens coques. sicqz depositũ igne co labis et vase ponens vitreo mundoqz cũ fue rit opus vteris.

Bendiconis assignatio stomaco frigido vtilis et male digestioni:febri quartane et vẽtris doloribus et senes confortat.Sume mell' dispumati. me nas.iij.vini clari optimi et veteris rihani. aut cõis.x.et adde zinziberis.ʒ.v.cacale magne et parue cuiusqz.5.gar.triti ob.cinnamomi.5.za frani dragme decimã.darfulfuli obo.et.5. hec medicamina mediocriter trita excepto zafra no addes et in loco ponẽs mundo diebus sin gulis ter mouebis.sicqz optimo colatum co latorio condes adijciens musci.obo.et.5.vtris qz cũ fuerit opus.

Absinthij syropi assignatio vtilis cõ plexionis corruptioni sto maci et debilitati,splẽi corrupto et eius duritiei. atqz naturã laxat.Sume vini clari bone sub stantie.aut cõis aut vue passe cum mell'.vj.et duos trientes.mell' dispumati.menas.iij.et va se pone vitreo et sume masticis. costi amari. absinthij greci cuiusqz.ʒ.iiij. adechari. mala batri spic.aromatic.rose aloes.agar. cuiusqz. ʒ.ij.zafrani.mediocriter tunsi.ʒ.in panno hec ligabis.atqz i mel et vinũ mittes.clausoqz phia le capite ad solẽ.vij.pone diebus et vtere.

De medio crisyropus vtilis epati stomaco et spleni corruptiqz complexioni frigi de.ferturqz hominẽ diebus vite sue:a morbis tueri. Sume radicũ ireos calcos.ix.seminis feniculi pipis.cuiusqz.ʒ.ij.hec adunabis me dicamina trita et cribrata et in vase pones vi treo.atqz vini clari bone substantie.lib.vij. et 5.adijcies.opilatoqz capite.l.sic permittes die bus et ante cibũ propinabis.

Syropi candari assignatio. variol' et rubeole materiebus vtilis.et morbis pestilentialibus putridisqz. Sume li gni candari tunsi.librã aque feniculi. lib. vir garũ eius et foliorum eius lib.corticũ radicũ ra sianegi.lib.rosarũ optimarũ.lib.5.spic.aroma ticẽ.lacce purgate cuiusqz.ʒ.iiij.sandal' rubei et albi.ʒ.xx.ola hec in.iiij. suauis aque. lib. die infunde et nocte.sicqz lento coques igne.donec supersit triens fricataqz fortiter cũ pãno cola bis stricto lineo et ad ignẽ referes.addesqz vi ni aceti.lib.ij.granatorum dulciũ et acetosorum aq̃. lib.iiij.tẽperatoqz coques igne. donec spissũ fiat.sicqz zaccare tabarzedi mena iniecta sup prunas donec pfecta vt expedit eius fiat spis satio sines: cũqz ab igne deposueris dissolue in eo cãphore.ʒ.iiij.zafrani tantũdẽ sed cũ te pidum fuerit vase condes vitreo.dabis viris. exag.iij.pueris exagiũ.¶Hoc est eorũqz apud baldach digníoris sunt exẽplaris suntqz eius experti bonitatẽ vtilitatisqz magnitudinem in his quos supradiximus similibusqz morbis.

¶Incipit tractatus de rob.

Robi citoniorũ simplicis assignatio vti lis ventris solutioni caloriqz et vo mitui. Sume citonia intus et extra purgata suauia et teres.aquã eorum exprime:lentoqz co ques igne donec quadrãs supersit. sicqz cola tam refrigerari permittes.et iterũ in ollã mit tens mundã coques.donec ad medium defi ciat.sicqz colatum vase condes et cum fuerit opus vteris.

Pomorum robi assignatio vtilis cholere rubee et san guinis ebullitioni. ventris fluxui et vomitui et tristitie. Sume poma caucanica optima: atqz intus et extra purgata tere aquamqz ex prime et in ollam posita mundam. temperato coques igne donec ad quadrantem deficiat. colataqz vteris.

Robi granatorũ assignatio vtilis stomaci oris doloribus inflãmationi. ⁊ p molestie siti. febribusqȝ acutis. Sume granata muza ⁊ grana eoꝝ separa: exprimens cola: et lebeti impositam coque aquã donec quadrans supersit. sicqȝ vteris. Et si cum mẽta facere vis quo vomitum auferat. in ollam mẽte recentis fasciculum proijcies ⁊ simul coques.

Robi heserem assignatio. vtilis cholere rubee. sitiqȝ ⁊ febribus acutis. Sume heserem optimi ⁊ plurimũ aquosi muziqȝ ꝗtum vis ⁊ optime purgati. aquã exprime colatãqȝ pijcies in ollã mundã. ⁊ lento coques igne donec ad quadrantẽ deficiat: sicqȝ depositã igne colabis. ⁊ cũ refrigerata fuerit vteris. Et si quis apponere zaccarã voluerit apponat cũ ad medietatẽ defecerit equales inijciens zaccare partes. Sicqȝ ⁊ in pomoꝝ robi granatorũqȝ facies si necesse fuerit.

Robi ribesi assignatio vtilis ventris solutioni vomituiqȝ graui. cohibetqȝ tristitiã. Ribesuȝ sume viridẽ ⁊ triti aquã exprime: colaqȝ. immissamqȝ lebeti mũdo donec ad medietatẽ deficiat coques: tuncqȝ quãta eius qꝺ superest medietas fuerit zaccare inijcies. et donec spissetur de coque modicũ addens zafrani. colatũqȝ condes ⁊ vteris.

Robi moroꝝ assignatio syroꝝ vtilis gutturis doloribus ⁊ suffocatiõi. Sume mora syra ⁊ aquã ab eis expressam cola: coquesqȝ donec medieẗ. ⁊ ab igne deponens colabis. huius sumes cados. v. vini. iij. ⁊ lẽto simul coques igne donec triẽs supersit solus: sicqȝ deponens igne colabis ⁊ inijcies mirre. sebbi iemenici. zafrani. cuiusqȝ. ʒ. diligẽter tritorũ ⁊ fortiter percutiens miscebis. Si qs aũt robum vult facere simplex coquat donec ad quadrantẽ deficiat⁊ colatũ condat vtaturqȝ.

Robi nucũ assignatio. vtilis gule dolori bus si gargarigeẗ vomituiqȝ si bibaẗ. Sume corticũ nucũ viridiũ exteriorũ et tritorũ ius exprime coquesqȝ donec eius tertia deficiat pars. huius sumes aque ⁊ mellis. cuiusqȝ cados. v. vini cocti caduȝ ⁊ in mundo posita vase lẽto coques igne donec triẽs supsit. sicqȝ igne depositã colabis ⁊ mirre mũde. ʒ. ⁊. ʃ. zafrani. sebbi cuiusqȝ. ʒ. tritorũ diligenter inijcies fortiterqȝ simul ⁊ diu percussa vase condes vitreo ⁊ vteris.

Robi assignatio. vtilis vomitui. ⁊ subuersioni si tussis cõitetur. Sume mirti grana recentia coctaqȝ partẽ. teres ⁊ exprimes. colatãqȝ in lebete eo vsqȝ coques mundo temperato igne donec ad quadrantẽ defecerit. sicqȝ igne depositã cũ refrigerata fuerit colabis ⁊ cum fuerit opus vteris.

Robi busseris idest fructus palmarũ viridũ assignatio vtilis vomitui ⁊ vẽtris fluxui. stomaciqȝ debilitati. Sume busseris ab ossulis purga terensqȝ exprime ⁊ aquã colatã olle impones mũde leniqȝ ⁊ temperatũ coques igne. donec triens supersit. sicqȝ igne deponens cola ⁊ cõdens vtere.

Robi prunorũ assignatio. vtilis febrib⁹ incidẽtib⁹ si cũ nature fuerit siccitate. sitimqȝ mitigat. pruna muza ⁊ suauia ab ossulis purgabis ⁊ in olla ponẽs munda. aq̃ infunde suauis qꝺ sufficiat ⁊ cũ fortiter bullierint refrigerari sines ⁊ aquã exp̃ssam colabis ⁊ reiectam in ollam lento coques igne. donec quadrans restet. ⁊ depositam cũ refrigerata fuerit vase condens vteris.

Robi citrorũ assignatio. vtilis veneno et sternutationi si bibatur ⁊ petigini si cataplasmetur oculi albugini si collirietur. Sume acerbum citri acidi ⁊ eius exp̃mẽs succũ cola ⁊ in lebete missuȝ mũdo lento coques igne. donec ad quartã deficiat, depositoqȝ et colato vteris.

Robi papaueris simplicˀ assignatio. vtilis fluxibus capitis in pectus. Sume papaueris capita pinguia⁊ alba ducenta tundensqȝ cũ semine sua aque suauis. iij. cados. ⁊ est in cado lb. ⁊. ʃ. infunde: sicqȝ in ollã mittens mundã perfecte coques ⁊ igne deponens cũ cõfricari poterit fricabis: sicqȝ aq̃ suauis addes. lb. iij. mellis cadum. ⁊ in olla simul omnia posita coquẽs lento igne, donec conglebetur et spissum fiat: tunc igne deponens cum refrigeratum fuerit vase condes vitreo. ⁊ vteris.

Robi papaueris qꝺ cũ vino fit cocto assignatio. fluxibus vtilis qui ad ola fluunt membra. Sume papaueris capita magna ducenta et alba: et cum semine tunsa die et nocte in. ix. lib. aque infunde. sicqȝ in olla posita munda lento coques igne donec medietas defecerit. et deponens cũ frigida fuerit fortius cõfricata colabis adijciesqȝ. qbusqȝ li. iij. aq̃ papaueris. lib. et. ʃ. vini robi librisqȝ. et. ʃ. zaccare tabarzedi aut mellˀ quod oportunius videbitur. et lento coquens igne. vt fiat quasi lahucum. igneqȝ deponens vase cõdes vitreo et vteris.

Robi papaueris quod ex pigmentis fit assignatio vtilis fluxibus qui ad omnia fluunt membra: maximeqȝ acutis a capite ad pectus et stomacum fluentibus. Sume papaueris capita magna ducenta, et cum semine tunsa. die infunde. et nocte. vj. aq̃ cadis. dehinc lẽto coques igne donec mediũ defecerit. igneqȝ deponens cum fuerit refrigeratum fortiter frica et cola. tunc addes cadis aque papaueris tribus dispumati mellis cadũ aut zaccare tabarzedi liquefacte in me=

dum mellis .lentoqꝫ coques igne donec vt lahucuz fiat. sicqꝫ igne deposito inijcies acatie rubee. zafrani mirre munde. galle. hypoquistidos succi. balaustie cuiusqꝫ. ʒ. oēs tunsas et subtili cribratas panno. fortiter simul oia pcussa vase condes vitreo ꝛ cū fuerit opus vteris.

¶ Capl'm. xxi. de conditis.



Chalēgebini assigº zaccarei ꝛ mellei. Sūe rose rubee optime purgate recentis quantum vis ꝛ eius desicca qui super est rorem: exfoliatasqꝫ in vase pone nitri aut plumbato. ꝛ sup quamqꝫ rosarū menaz alterā pones zaccare tabarzedi. ꝛ cuz zaccara miscens fricabis fortiter quousqꝫ eius rosaruz oiuz marcescāt folia. sicqꝫ ad solē pones ꝛ cribo opies ꝫmūdo. diebusqꝫ cōmouebis singulis mane ꝛ vespe. vt vero videris desiccatū liq̄facies zaccarā cum pauca aqua: ꝛ iniectā fortiter cōmouere facies. hoc. xxx. l'. xl. diebus. Si vero melleum facere volueris, loco zaccare mel pones dispumatū.

Violarum cōditarū cōfectio vtiliuz tussi. gutturisqꝫ ꝛ gule asperitati. Sume viol'. recentes odore: iocundas optime purgatas ꝛ zaccare tabarzedi. duplum cetera fiant vt in chalēgebino diximus.

Mirobolanorum cōfectio ꝯditorū stomaco vtilis ipsumqꝫ ꝯfortāt digestionē adiuuant humiditatē desiccāt. naturā molliunt ventositati ꝓsunt emorroidaꝝ. colereqꝫ nigre que ex flegmatis generaꝛ adustōe. maximeqꝫ si cū pigmētis fiāt. Sume mirobo. kebuli magni poma numero. c. ꝛ in vase pone vitri qᷓ ꝙ sufficiat aque iufundes. addesqꝫ vitis cineris ʒ. l. ꝛ dieb9 sic dimitte. x. aquā imutabis ꝛ cinerem singulis trib9 dieb9 post hec mirobo, lauabis ꝛ in sartaginē ꝓijcies ifundesqꝫ aquā que sufficiat ꝛ addes ordei manipulū expilati iussiqꝫ. sicqꝫ coques donec ordeū pfecte coquaꝛ extrahēsqꝫ tenuiter exterge ne forte excorienꝛ pforabis singula poma. x. foraminib9 cū subula ꝛ in vase posito vitri aut siri. addes mellis tabarzedi qᷓ illa infundat oia dispumati. diebusqꝫ pmitte. xx. mel sepi9 imutās. bulliesqꝫ aliquādo donec in hoc eoꝝ supersit aquositatis tunc siccabis ꝛ pigmēta hec appones. Sume darasini. zinziberis. gar. heili. nucis muscate. ʒ. si mirobolana. c. fuerint: musci pōes semis obolū. sicqꝫ cond tis vase vteris.

Zinziberis cōditi cōfectio. renib9 vesice stomacoqꝫ frido vtil' vrinā ꝓuocat. febri tremoriqꝫ pdest. Sume ziziberis optimi. frusta magna. ꝛ aquā ifundes dieb9. xx. post siccabis adijciēs mellis ꝛ aq̄ tm̄ vt oia ifundanꝛ ꝛ in lebete posita fortiter bulliri facies sicqꝫ cū a melle eduxeris ꝛ aq̄ ꝓuos facies trociscos ꝛ addes mellis dispumati qᷓ sufficit simulqꝫ medicamia que mirobolanis inijciuntur.

Secacul cōditi assignatio qᷓ venerez auget. Sume secaculi magni lb. v. ꝛ infunde aque diebus. xx. deinde fac vt in zinzibere condito.

Raseni cōditi cōfeck. vtilis frigide cōplexioni paraliticis ꝛ renū frigiditati vrinā ꝓuocat ꝛ dorsum calefacit. Sume raseni lib. x. ꝛ incide in digiti quātitatē. expilansqꝫ aqua infunde ꝛ sale. xx. dieb9 imutās singulis trib9 aut. v. semel dieb9. Dehinc in ollā pone lapideā ꝛ aque infunde que sufficiat ꝗtitatē. mellisqꝫ apū lib. iiij. ac tenuiꝛ bullies donec mollia fiāt. Iā tunc aquā extrahes et mel. ꝛ in olla scdo mittes. instillaqꝫ mel' apū qᷓ infundat oia. fortiterqꝫ cū bullieris in vase pones vitri ꝛ singulis diebus quinqꝫ lauare assuescere ꝛ fortiter bullies. pulverizabisqꝫ de super zinziberis. cinamomi. heili nucis muscate. gar. darfulfuli mediocriter tritoꝝ equales prout expedit partes hec in pāno tenuiter pones ligato ꝛ in vase pones.

Citri conditi cōfectio pectori et gule vtilis: stomacum confortat ꝛ maxime si cum corticib9 fiat Sume citrum magnum ꝫcum corticibus ꝛ incidens frustatim in digiti modum acidum auferes. ꝛ si cum corticibus quis hec vult fiat atqꝫ in lebete posito aqua instilla que sufficiat ꝛ tenuiter bulli. eiusqꝫ assuefac in vase positi ablutionem. intuereqꝫ. ꝛ si aquam inesse vi deris mel immutabis ꝛ bullies nec hoc facere sines donec mel immutari aquositatem videas aut citrum. Dehinc que ante dixim9 addes pigmenta ꝛ opilato vasis capite cuz fuerit opus vteris.

De stembine condite assignatio que stomacum confortat. Sume destēbinas. l. ꝛ acida earum extrahes. saleqꝫ infundes ꝛ aqua diebus. x. aquam et sal immutans sepius. reliquaqꝫ omnia sic facies vt in citro diximus.

Zenzari conditi assignatio qᷓ venerem auget et dorso pectoriqꝫ vtilis est. Sume pastinacas recētes ꝛ exteriora radēs iteriora extrahe. sumasqꝫ ex eis lb. x. lēto coques igne in aq̄ donec molescāt: educasqꝫ aquā absterge. ateꝝ ponēs in olla addes mel qᷓ sufficit cōde vase sepius tn̄ lauabis ne forte aq̄ dissoluaꝛ vt pcipimus superius.

Cucurbite condite assignatio frigide subtilisqꝫ pectori ptmōi vesiceqꝫ ꝓdest si in ea fuerit durities ꝛ calor naturāqꝫ mollit.

Sume cucurbitam recentē dulcē viridez ꝛ exterioꝛib⁹ ablatis coꝛticibus interioꝛa purga ꝛ in duoꝝ modū digitoꝝ frusta fac que in olla pones ꝛ quantum sufficiet aque infundes. leuiterq; bullies quoniam ignē non perferūt deinde in aliam mittes ollam in mellis ꝛ aque quod sufficiet instillando ꝛ bullies. edictaq; tertio in ollam mittes ꝛ cum mellis tabarzedi coques ꝛ in vase posita vitri laua ne foꝛte insit aqua, ꝛ mel mutabis addens pigmenta si placet.

Suctum in al' pomoꝛuz conditaruz assignatio que venerez augent. Sume poma sira integra ꝛ minime perforata .l. coꝛticib⁹ purga. ꝛ cum mellis tabarzedi quod sufficit leniter coq; ꝛ in vase ponēs tribus singulis dieb⁹ ablue, ne que coꝛrūpat insit aqua. cū defecerit zafrani modicū addes.

Citonioꝝ assignatio. pomis foꝛtioꝛ ad stomacum confoꝛtandum. Sume citonia purgata cocta ablata. ꝛ confice vt poma cum melle.

Piroꝛum confectio confoꝛtans stomacū. Sume pira dulcia. sed nō matura ꝛ coque vt coctana.

Rotami confectio que venerē auget. Sume rotami poma centuz. amigdalis purgatas. centum ꝛ rotabuz ad solē donec siccetur explica. Dehinc singula eius poma inferius subula perfoꝛa ꝛ ossa extrahe quoꝝ loco pone amigdalam ꝛ in vase posita vitreo: mel adde dispumatum melle immutato trib⁹ dieb⁹ singulis. adde parum zafrani.

Amigdalū conditū tussivtilis purgantur ꝛ cuz melle cōdiuntur recentes quod sepius mutat' vt alibi.

¶ Capitulū. xxij. de aquehelis ꝛ pulueribus.



Confoꝛtatiui cōfectio vtilis tenebꝛositati oculos confoꝛtat ꝛ humiditatem desiccat. Sume acalime auri tutie indice. cācri marini athemedi. tubali eris sadegi indici. aloes epatice. eris adusti. sedenegi loci cuiusq; .ʒ.ij. piperis albi ꝛ nigri ꝛ longi. nusaderi. cuiusq; .ʒ. trita cribꝛata sup cotē conteres ꝛ colliriabis.

Confoꝛtatiui assignatio foꝛtioꝛis primovtile humiditati ꝛ adde oculi casuiq; ꝛ visus debilitati ꝛ tenebꝛositati. Sūe tutie indice tubali eris adusti magaritarūītegrarū busadi. malabatri acalimie auri aloes epatice. cancri marini. zafrani spice aromatice. cuiusq; .ʒ.ij. sadenegi loti. vi. piperis albi ꝛ lōgi nusaderi. cuiusq; .ʒ. ꝛ .ʒ. musci. ob. cāphoꝛe .ʒ. ob. hec adūabis medicamia trita ꝛ cribꝛata ꝛ in vltimis zafranuz miscebis ꝛ muscū cāphoꝛāq; ꝛ foꝛtiter trita in moꝛtario diebus aliquot pāno cribꝛabis subtili cūq; fuerit opus vteris.

Abisendi assignatio vtilis visus debilitati. oculoꝝ tenebꝛositati lachꝛimaꝝ multitudini. sibile ꝛ caligini. Sūe mirobo. citrini. zinziberis cuiusq; .ʒ.v. pipis albi .ij. nusaderi .ʒ. sadenegi. loti .ʒ.x. trita hec subtili cribꝛa pāno ꝛ in moꝛtario foꝛtiter tundēs colliriabis.

Basilicon magni assignatio vtilis oculoꝛum prurigini ꝛ visus tenebꝛositati. Sume spume marine acalimie argēti. cuiusq; .ʒ.x. eris adusti .ʒ.xv. sal' andrani sadegi indici. plūbi ceruse. piperis nigri ꝛ longi castoꝛei spice aromatice athemedi cuiusq; .ʒ.ij. sal' indici gar. asene cuiusq; .ʒ. aloes epatic. memithe succi cuiusq; .ij. mirre mūde: mamiranisi in al' mamirasini. nusaderi tinctoꝛum radicuz cuiusq; .iij. mirob. citrini optime purgati .iiij. ꝛ alias .v. salis communis sexta. v. hec adunabis medicamina trita et subtili cribꝛata panno vase condes cum fuerit opus vtere.

Basilicon minoꝛis assignatio vtilis ad que ꝛ primū. Sume acalimie argenti .ʒ.x. erꝭ adusti .v. plūbi ceruse salis ādrani cuiusq; .ij. spume maris .ʒ.x. gar. asene cuiusq; .ʒ. hec adunabis medicamina trita et panno cribꝛata subtili cum fuerit op⁹ vteris.

